

Alte Drucke

Concilia quatuor generalia

TOMVS PRI=||MVS QVATV=||OR CONCILIO||rum generalium. || Quadraginta
septem Conciliorum prouincialiu[m] au=||thenticorum. || Decretorum
sexaginta nouem Pontificum. Ab aposto=||lis & eoru[m]de[m] ...

Isidorus <Hispalensis>

Parisiis, 1524

INCIPIIT CONCILIVM REGIENSE HABITVM. ERA. CCCCLXXII. AB EPISCOPIIS. XIII.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150505

INCIPIT CONCILIUM

REGIENSE HABITVM. ERA. CCCCLXXII. AB EPISCO-
PIS. XIII.

SUB IMPERATORIBVS THEODOSIO IVNIOR E
& Valentiniano, Theodosio septio & festo consulibus, cū in voluntate dñi apud
Regiensem ecclesiam cōuenissemus, & transgressionis apud Ebredunensem ec-
clesiam habite remediū quereretur, qua sanctis ecclesie canonib⁹, ac reuerēdis
patrū constitutionibus omni parte neglectis, absq; trium presentia, absq; pro-
uincialium litteris absq; metropolitani auctoritate irritam ordinationis spe-
ciem a duobus temere cōuenientibus presumptam esse clarebat, non min⁹ do-
loris de psumpto lapsu q̄ de ecclesie ipsius conuulsione in pectoribus omniū diutina collatione ver-
satum est. Primum itaq; quia non vlciscendi sed remediandi studiū nutu domini vniuersorum pe-
ctorib⁹ prorsus sacerdotali cōsilio infederat in sermonib⁹ singulis pro pietate perspecta patuit, quod si-
cut reproba que psumpta essent in irritum deuocanda, ita eos qui reproba presumpserant quis con-
fundere censura cogeret caritati liceret absolueret, presertim cū hi qui in tam peruersa incidissent a pri-
mo lapsu ipsius diei adhibitis passim precibus culpam sibi penitentes, aut ignorantie proscriptioni
imputassent, quia & si inueniale crederetur sacerdotem sacerdotalia statuta nescisse, leuius tamē erat
quam si ore impudenti fateretur se nota calasse.

Capitulum primum.

ITEM eos qui tā incondita ac tam instabilia vsurpauerāt, placuit misericordie & charitatis occur-
B
su ita in cōmunionem dilectionemq; recipi, vt scirent secundum recētem & saluberrimā taurinatis
synodi definitionem ad perpetuā vite istius suffusionem nullis de cetero ordinationibus nullis or-
dinariis futuros interesse cōsiliis, quia nichil salubre ab illis statuendum expectaretur, qui tante occu-
pationis tā detestanda exempla prebuerant ebredunēsi ecclesie. Ante oia mature visum consulēdum
quia quatuor de biennii mensibus sacerdote legitimo destituta hoc grauius egrotauerat, quod clerici
cus innocens discipline (vt probatū est) memor quorundā insolētia, ac varia pturbatione vexatus, etiā
in sacerdotibus ac ministris minas, ac iurgia & vim acerbissimam pñitiosa nuper cede pertulerat, nec
poterat differri, Bonorū ac discipline meror ne vel expectatione videatur cōtumaciū & inquietorū vo-
ta palpare, quorum cōspiraciones que in preteritū (quantū deprehendi potest) animaduersione ec-
clesiastica puniende, & in futurū mancipande erant, Itaq; ordinationem quā canones irritā definiūt,
nos quoq; vacuandā esse censuimus, in qua pretermissa triū presentia nec expetitis comprouincialium
litteris, metropolitani quoq; voluntate neglecta prorsus nichil quod episcopum faceret, ostēsum est.

Capitulum secundum.

ITAQ; in voluntate placuit domini, remoto hoc qui perperā assumpt⁹ erat ep̄s, fieri omnino fratrum
C
cōstitutionem ecclesiastica traditione seruata, verū quia hec sancta synodus non disciplinā tantū, sed
& misericordiā gessit, cūq; occurreret quod se armētarius diebus proximis eidē ecclesie multa assen-
satorū insolentia retulisset, occurrebant tñ quod ante ammonitionem discessisset quod a nōnullis sa-
cerdotibus in hoc ipsum cōfirmatus, se etiam priuate domui reddidisset, quod epistolae ad clerum
ipsum emiserat, quibus episcopatum quem se indeptum agnoscebat appetere renunciauerat, erat in
nomen suū potens, & hoc ipsum quod stabiliter & impresumptū erat, iam tunc inordinatum & irri-
tum futurū protestatum esse confirmans in illā potius partem declinata sentētia est, vt iuueni edocto
in timore domini plus suffragaretur, quod in acto vitiosissimo interdum sana sensisset, q̄ quod iuue-
nilibus titillationibus aliqua in pte cessisset, Itaq; pretermisiss his que in ingressu ipsius eū absq; ulli⁹
excusationis effugio culpe associatum asseuerāt, velut innocentem eundem preterire sacerdotes domi-
ni qui huic concilio aderant damnatione vacuum maluerunt.

Capitulum tertium.

QUOD ergo in quibusdam schismaticis recipiendis nicenum cōciliū potuit a singulis per territo-
D
ria sua, hoc etiā presens cōuentus statuit ab oibus seruari debere. i. vt cuiq; de fratribus tale aliquid
charitatis cōcilia dictauerint, liceat vnam parochiarum suarū ecclesiam cedere in qua aut corepiscopi
nomine, vt idē canon loquitur, aut peregrina, vt aiunt cōione fouerentur. Primum itaq; statuitur, vt
D. iiii.

CONCILIUM REGIENSE.

hoc in qualibet prouincia preter quā in alpina maritima liceat, quā si in aliqua parte accefferit, ut maiorum incitator & quietis impatēs damnationi quā in se prouocauerat subiacebit. Sed si quis eidem quicquid ex his que statuta sunt transgrediēti cōicauerit a cōmunionē omnium fiat alienus, deinde nec quolibet in loco, preter quā in publico gerentur, ne quisque ei laicus decernatur, quem curie & ciuitatis species aut ordo nobilitat. Additur ne vnquam in ciuitatibus vel episcoporum absentia offerre presumat, nec ordinare vel vltimum clericū nec in eadem ecclesia, que illi cuiuscūque mia fuerit attributa, nec ulli episcoporum vel succedente etate assumpto aliquo in rudimentis suis huic quasi pro etatis reuerentia cedere liceat, nec ulli ipsi quicquid de episcopalibus officiis usurpare, preterquam in ecclesia quā cuiusque misericordia fuerit indeptus in qua ei solum Neophitos confirmare, & ante p̄bros offerre conceditur. Quod si vnquam taliter aliquis charitate alterius puocat⁹ habitationis cōmutationē variauerit, nō aliter in alia ecclesia requiē accipiat, quā in priori habuit cui renūciauerat, nec omnino vnquam duarum ecclesiarum gubernationē obtineat, cui etiam in ea que ipsi ceditur ministros a ciuitatis ep̄o necesse est ordinari, sane quia ministrorum mentio facta est, & nōnulli ab ipso inuenti sunt excommunicati temere in clero p̄uecti, statutum est eos qui ita assumpti sunt deponendos. Quibus autem nulla macula cōuersationis p̄iudicari, prout Ebredunensi sacerdoti cōstituendo visum est, aut in ecclesie sue ministerio tenēdos, aut ad ipsum quocūque habitasset trāsferendos, plebisque acciperent licentiā ex cōstitutionis huius p̄missu benedicere ut supra definitū est, & in vna eademque ecclesia neophitos confirmare. In castellis ac vicis totū illis ante p̄bros sicubi venerint liceat quod in ciuitatibus omnino prescribitur.

Capitulum quartum.

- A** ¶ Ut p̄bri priuatim fidelibus desyderantibus benedicāt & interminatas has discussiones visum in definitas oīno p̄bro per familias, per agros, per priuatas domos p̄ desyderio fidelium facultatem benedictionis aperire, quod nōnullas iam prouincias habere occurrit, huic autem etiam in ecclesiarum plebibus per loca tamen magis quā per vrbes hoc visum est esse tribuendū. In ecclesia quoque qua ordinatus fuerit cōsecrandi virginem sicut cōfirmandi neophitū ius habebit, & per omnia ut sit multe indulgentie testimoniū semper se inferiorem ep̄o, superiorem p̄bro agat, mandatis votisque omnium sanctorū prosequētibus viuat in timore domini & episcopum suū colat, deo seruiat, synodi circa se beniuolentie gratias agat, semperque indignū se indultis negatis & imparem esse fateatur.

Capitulum quintum.

- B** ¶ In cōmune autē oēs qui conuenerant sacerdotes sibi metipsis cōtra hūmōi scandala p̄cauendum cēserunt. Itaque p̄pter eiusmodi temeritatem stabili definitione cōsultum est, ut de cetero obseruaretur, ne quis ad eam ecclesiā que episcopū p̄didisset, nisi vicine ecclesie ep̄s exequiarum tempore accederet, qui tamen statim ecclesie ipsius curā districtissime gereret, ne quid ante ordinationem discordantiū in nouitatibus clericorū subuersioni liceret. Itaque cum tale aliquid accidit, vicinis vicinarū ecclesiarū inspectio, descriptio, recensioque rerum mandatur.

Capitulum sextum.

- C** ¶ Hec autē oīa exequiarū tpe vsque ad septimam defuncti agat diem, exinde ecclesie referēs mādātum metropolitani simul cū oībus sanctis episcopis sepeliatur, ne quisque ad ecclesiā que summum amiserat sacerdotē nisi metropolitani litteris inuitatus (ne a plebe decipiatur) accedat, & vim pati voluisse videatur. Ego Hilarius ep̄s iuxta id quod vniuersis sanctis episcopis meis, qui mecum subscripserunt, placuit statuta patrū his definitionibus subscripsi sub die. xvi. kalē. decembris, Theodosio Augusto. vii. festo. iiii. cōsulibus. Ego Seuerianus ep̄s huic definitioni interfui & subscripsi die cōsulibus supra scriptis. Ego audentius ep̄s statutis interfui, die cōsulibus supra scriptis. Ego Iulius ep̄s statutis interfui, & subscripsi die cōsuli. supra scriptis. Ego Achadius ep̄s his definitionibus interfui & subscripsi die cōs. supra scriptis. Ego Auspicius ep̄s his definitionibus interfui, & sub. cō. die sup. Ego Seuerinus ep̄s definitionibus his interfui, & subscripsi. Ego Valerius ep̄s his definitionibus interfui, & subscripsi. Ego Neuterius ep̄s his definitionibus interfui, & subscripsi. Ego Asclepius episcopus his definitionibus interfui & subscripsi. Ego Theodorus episcopus his definitionibus interfui, & subscripsi. Ego Vincētius p̄bri ep̄i constantiniani ab eodē ordinatus interfui vice ipsius & subscripsi.

¶ Explicit concilium regiense.

INCIPIUNT CAPITVLA AVRAICENSIS CONCILII.

nota quod in obitu episcopi ad vicinū spectant episcopi in vicinis ecclesiis

- i. **¶** Ut nullus minister sine chrismate pfici
scatur.
- ii. **¶** De hereticis si in mortis discrimine
conuertantur.
- iii. **¶** De penitentibus qui de corpore exeūt.
- iiii. **¶** De clericis penitentiam volentibus.
- v. **¶** De his qui ad ecclesiam confugiunt, ne
tradantur.
- vi. **¶** Nullus pro suis mancipiis qui ad eccle
sia confugiūt clericorū mācipia occupet.
- vii. **¶** De libertis qui in ecclesia commendati
sunt ne opprimantur.
- viii. **¶** De his qui clericū alienū ordiare psumūt
- ix. **¶** De his qui ciues alienos ordinauerint.
- x. **¶** De episcopis qui in possessione, & in
aliena diocesi basilicam construxerunt.
- xi. **¶** De episcopis qui excommunicatum al
terius suscipiunt.
- xii. **¶** De his qui subito obmutescunt, quod
& baptismum & penitentia accipere pnt.
- xiii. **¶** De his qui mente desipiunt.
- xiiii. **¶** De inerguminis baptizatis.
- xv. **¶** Ut inerguminis & cathecuminis de
baptismo consulatur.
- xvi. **¶** Ut inergumini ad clerū nō pmoueatur
- xvii. **¶** Ut in vnum propositio sacramenti con
secretur.
- xviii. **¶** Ut euangelia cathecumini nō audiāt.
- xix. **¶** Ut cathecumini ad baptisteria non ac
cedant.
- xx. **¶** Ut cathecumini cum fidelibus benedi
ctionem non accipiant.
- xxi. **¶** Ut duo episcopi ep̄m non faciant.
- xxii. **¶** Ut clerici coniugati nisi continentiam
profiteantur, diaconi non fiant.
- xxiii. **¶** De his qui post acceptum diaconatum
incontinentes inueniuntur.
- xxiiii. **¶** De his qui prius ordinarentur, incon
tinentes inuenti sunt.
- xxv. **¶** De viris p̄batis si cōiugia duplicauerit.
- xxvi. **¶** De diaconissis non ordinandis.
- xxvii. **¶** De feminis que viduitatem professe
sunt coram episcopo.
- xxviii. **¶** De his qui professi sunt castitatē, si p̄
uaricati fuerint.
- xxix. **¶** Ut nullus ep̄s de concilio sine consensu
discedat, aut ad conciliū ire recuset.

¶ Expliciunt capitula.

INCIPIT CONCILIVM AVRAICENSE TEMPORE THEO
DOSII IVNIORIS ET CYRI CONSVLVM. VI. IDVS NOVM
BRIS IN ECCLESIA IVSTINIANENSI.

Capitulum primum.



VLLVS MINISTRORVM QVI BAPTIZANDI
recipit officiū sine chrismate vsq̄ debet p̄gredi, quia inter nos placuit semel in ba
ptismate chrismari, de eo aut̄ qui baptismate quacūq̄ necessitate faciēte nō chris
mat⁹ fuerit in cōfirmatione sacerdos cōmonebitur. Nā inter nos chrismatis ipsi
us nō nisi vna benedictio est, non vt preiudicās quicq̄ dico, sed vt necessaria ha
beat rechrismatio.

Capitulum secundum.

¶ Hereticos in mortis discrimine positos si catholici esse desyderent, si desit ep̄s,
presbyteris cū chrismate & benedictione consignare placet.

Capitulum tertium.

¶ Qui recedunt de corpore penitētia accepta, placuit sine recōciliatoria manus impositione eis cō
municare, quod morientis sufficit cōsolationi secundū definitiones patrum, qui hmōi cōmunione
congruenter viaticum nominauerūt, quod si superuixerint stent in ordine penitētium, vt ostensis ne
cessariis penitētie fructibus legitimā cōionem cū reconciliatoria manus impositione recipiāt.

Capitulum quartum.

¶ Penitentiā desyderantibus clericis nō negandā.

Capitulum quintum.

¶ Eos qui ad ecclesiā fugerint tradi non oportere, sed loci sancti reuerentia & intercessione defendi.

Capitulum sextum.

¶ Si quis aut̄ mancipia clericorū p̄ suis mācipiis ad ecclesiā confugientibus crediderit occupanda, p̄
oēs ecclesias districtissima dānatione feriatur.

Capitulum septimum.

¶ In ecclesia manumissos & p̄ testamentum ecclesie cōmendatos, si quis in seruitutem, vel obsequiū,
vel ad coloniārum conditionem imprimere tētauerit, animaduersione ecclesiastica coercebitur.

Capitulum octauum.

¶ Si quis alibi consistentem clericum ordinandum putauerit, pri⁹ definiat vt cum ipso habitet, nec

CONCILIUM AVRAICENSE.

- eum sine consultatione eius episcopi cum quo ante habitauit ordinare presumat, quia non sine causa diu ab alio non ordinatus remansit, Capitulum nonum.
- A ¶ Si quis autem alienos ciues aut alibi consistentes ordinauerit, ne iordinati in vilo accusentur, aut ad se eos reuocent, aut ipsi eis impetrent cum quibus habitet. Capitulum decimum.
- B ¶ Si quis episcoporum in aliene ciuitatis territorio ecclesiam edificare disponit, vel profundi sui negotio, aut ecclesiastica vtilitate vel per quacunque sua opportunitate permissa licentia edificandi (quia prohibere hoc nefas est) non presumat dedicationem, que illi omnimode reseruatur in cuius territorio ecclesia assurgit, reseruata vero edificatori episcopo hac gratia, ut quos desiderat clericos in re sua videre ipsos ordinet, huic ciuitati in cuius territorium est, vel si ordinati iam sunt ipsi habere acquiescat. Et omnis ecclesie ipsius gubernatio ad eum (in cuius ciuitatis territorio ecclesia surrexerit) pertinebit, quod si etiam secularium quicumque edificauerint ecclesiam & alium magis quam eum, in cuius territorio edificat inuitandum putauerit, tam ipse cui contra constitutionem ac disciplinam gratificari vult, quam omnes episcopi qui ad homini dedicationem inuitantur a conuentu abstinebunt, si quis excefferit, in reatum deuocabitur, si quis excefferit ordinem recognoscat canonicum. Capitulum vndecimum.
- C ¶ Placuit in reatum venire episcopum, qui admonitus excommunicatione cuiusque sine reconciliatione eius qui eum excommunicauit ei communicare presumpserit, ut integra omnia (si reconciliatio intercesserit) de iniustitia vel iniquitate excommunicationis proxime synodo referretur. Capitulum duodecimum.
- D ¶ Subito obmutescens prout statutum est baptizari, aut penitentiam accipere potest, si voluntatis preterite testimonium aliorum verbis habet, aut presentis in suo nutu. Capitulum decimum tertium.
- E ¶ A mentibus quecumque sunt pietatis conferenda. Capitulum decimum quartum.
- F ¶ In erguminis baptizatis si de purgatione sua curent, & se sollicitudini clericorum tradant, monitisque obtemperent, omnimode communice sacramenti ipsius virtute, vel muniendi ab incursum demonum quo infestantur, vel purgandi, quorum iam ostenditur vita purgatio. Capitulum decimum quintum.
- G ¶ In quantum vel necessitas exegerit, vel opportunitas premiserit, de baptismo consulendum. Capitulum decimum sextum.
- H ¶ In ergumini non solum non assumendi sunt ad vllum ordinem clericatus, sed & illi qui ordinati sunt ab imposito officio sunt repellendi. Capitulum decimum septimum.
- I ¶ Admixtionem eucharistie simul consecrandam censuimus. Capitulum decimum octauum.
- K ¶ Placuit cathecumini non legi euangelium in ecclesia. Capitulum decimum nonum.
- L ¶ Cathecumini nonnunquam admittendi sunt etiam inter domesticas orationes. Capitulum vigesimum.
- M ¶ Segregandi informandi que sunt cathecumini, ut se reuocent & signandos vel benedicendos semotim offerant eos fideles. Capitulum vigesimum primum.
- N ¶ Duo si presumpserint ordinare episcopum in vestris prouinciis placuit de presumptoribus, ut si cubi contigerit duos episcopos inuitum episcopum facere auctoribus damnatis, vnius ecclesie eorum ipse qui passus est substituatur, si tamen vita respondet, & alter in alterius deiectione loco nichilominus ordinatur si voluntarium duo fecerint, & ipse dānabitur, quo cautius ea que sunt antiquitus instituta seruentur. Capitulum vigesimum secundum.
- O ¶ Sedit preterea ut deinceps non ordinentur diacones coniugati, nisi qui prius conuersionis proposito confessi fuerint castitatem. Capitulum vigesimum tertium.
- P ¶ Si quis autem post acceptam benedictionem leuiticam cum vxore sua incontinens inuenitur ab officio abiiciatur. Capitulum vigesimum quartum.
- Q ¶ De his autem qui prius ordinati fuerint in hoc ipsum inciderint taurinatis synodi sequenda esse sententiam qua iubentur non ulterius promoueri. Capitulum vigesimum quintum.
- R ¶ De idoneis autem probatisque viris & clericatui alligatis ipsa vite gratia ita gerit si forte inciderint in duplicata matrimonia, ut non ultra subdiaconatum vel ecclesiasticas capiant dignitates. Capitulum vigesimum sextum.

¶ Diaconisse

Diaconisse omnimode non ordinande, si que iam sunt benedictioni que populo impenditur, capita submittant. Capitulum vigesimumseptimum.

Vt viduitatis seruade professione coram episcopo in secretario habita impositam a presbytero vel item vidualem non esse violandam. Eius vero repudiatorem, vel ipsam talis professionis desertricem merito esse danandam. Capitulum vigesimumoctauum.

Hi vero qui sunt desertores professe castitatis preuaricatores habendi, & omnibus per penitentiam legitimam consulendum. Capitulum vigesimumnonum.

Hec que subscripsimus cum eorum quoque concordia qui consensus dederunt rata deinceps inter nos ac nostros haberi volumus, & habenda sancimus, non pretereuntes eos qui synodo aut per se, aut per consensus suos, vel ad vicem sublegatos destinando adesse detractant, ut quid sibi de illis placeat, qui patrum statuta despiciunt innotescat, non quod nobis temporum qualitate difficile sit ad sanctam synodum conuenire, adiicientes quod si similibus deinceps paginis per salubritate ecclesiastica ac remediis congregare conuentus voluerimus, constituamus ut nullus conuentus sine alterius conuentus denunciatione soluatur. Itaque sequenti anno si domino deo nostro Iesu Christo permittente conceditur die decimo quinto kalendas Nouembris in auralico territorio conuentum habeamus, qui ideo tanto prius ante denuntiatur, ut tam excusationis libertas quam inuitationis necessitas non sit. De die enim ac loco per ipsos nos comonebimur, singuli nobis cum exemplaribus & ea que per nos sunt constituta referentes reliquos qui defuerunt beatissimi fratres nostri Hylarii sollicitudini relinquamus, datis ad ipsos exemplaribus commonendos. Si post omnia occurrerit imbecillitas fragilitatis humane, ut si quis episcopus per infirmitatem debilitatem vel aliquam aut hebetudinem sensus inciderit, aut officium oris amiserit, ea que non nisi per episcopos geruntur, non sub presentia sua presbyteros agere permittat, sed episcopum in hoc quod in ecclesia agendum fuerit imponat. Ego Hylarius episcopus subscripsi. Ego Claudius episcopus subscripsi. Ego Constantinus episcopus subscripsi. Ego audentius episcopus subscripsi. Ego Egrestius episcopus subscripsi. Ego Iulianus episcopus subscripsi. Ego Aulpius episcopus subscripsi. Ego Maximus episcopus subscripsi. Ego theoderius episcopus subscripsi. Ego Eucherius episcopus subscripsi, sanctorum sacerdotum comprouincialium meorum qui superius sunt memorati expectantes assensum neccarius subscripsi, Iustus episcopus subscripsi, Augustalis episcopus subscripsi. Ingenius episcopus subscripsi. Salonius episcopus subscripsi. Ego superuentor pro patre meo episcopo Claudio subscripsi & recognoui. **Explicit concilium Auralicense. als Arausicum.**

constitutio de iudicandis concilijs

not hylarum sine concilio inter fuisse

INCIPIT INVT CAPITVLA CONCILII VALENSIS.

- | | | | |
|------|---|------|--|
| i | V t gallicani episcopi in galliis non discutiatur. | vii | V t accusatores de leuibus causis non audiantur, de criminibus vero discutiantur. |
| ii | D e penitentibus subito mortuis ut oblationes eorum recipiantur. | viii | V t episcopus alienum clericum redarguat peccantem. |
| iii | V t alterius episcopi chrisma nullus accipiat, sed tantummodo proprii. | ix | V t qui expositum inuenerit, ecclesiam contestetur. |
| iiii | V t qui oblationes defunctorum retinent, excommunicentur. | x | V t qui preter constitutum exposcit, ut homicida habeatur. |
| v | V t qui sententie episcopi sui non acquiescit recurrat ad synodum. | | |
| vi | V t excommunicatus humiliet semetipsum, | | |

Explicit capitula.

INCIPIT CONCILIUM VALENSE, ERA. CCCCLXXX.



CONSTITUTIONES SYNODI TRACTATV HABITE in ciuitate Valensi apud episcopum urbicum ecclesie catholice tempore Theodosii iunioris & dioscori consulis sub die iduum Nouemb. Capitulum primum.

Placuit episcopos de gallicanis prouinciis venientes intra gallias non discutiendos, sed solum sufficere si nullus communionem eis interdixerit, quia inter circūhabitantes ac sibi pene inuicem notos non tam testimonio indigent probi, quam denotatione & denunciationibus deprauati. Capitulum secundum.

Horum qui penitentia accepta in bono vite cursu satisfactoria compunctione viuentes, sine communionem inopinato nonnunquam transitu in agris aut in itineribus preueniuntur oblationem recipiendam, & eorum funera ac deinceps memoriam ecclesiastico affectu prosequendam, quia nefas est eorum commemorationes excludi a salutaribus sacris, qui ad eadem sacra fidei affectu contententes,

dum se diutius reos statuunt indignos salutiferis mysteriis iudicant, ac purgatiores restitui desyderant: ab his p quibus sacramentorū viatico interceptiuntur, qbus fortasse nec absolutissimā reconciliatio- nem sacerdos denegandam putasset. Capitulum tertium.

- A ¶ Per singula territoria pbrī vel ministri ab epīs, non put libitum fuerit a vicinioribus, sed a suis p- priis p annos singulos petant chrisma appropinquāte solēnitate paschali, nec p quemcūq; ecclesiasticū, sed si qua necessitas aut ministrorū occupatio est per subdiaconum, quia in honorū est inferiori- bus summa cōmitti. Optimum est aut, vt ipse suscipiat qui tradendus est, si quid autem obstat saltem is cuius officium est sacrarium disponere & sacramenta suscipere.

Capitulum quartum.

- B ¶ Qui oblationes defunctorū retinet & ecclesiis tradere demorantur, vt infideles sunt ab ecclesia ab- iiciendi, quiavsq; ad inanitionem fidei puenire certum est hāc diuine pietatis exacerbationem, quia & fideles de corpore recedentes votorū plenitudine, & pauperes cōsolatu alimonie, & necessaria sustē- tatione fraudantur, hi enim tales quasi egentium necatores nec credentes iudiciū dei habēdi sunt, vnde & quidam patrum hoc scriptis suis inseruit congruente sententia que ait, amico quippiam ra- pere furtum est, & ecclesiā fraudare sacrilegiū. Capitulum quintum

¶ Si quis epī sententie non acquiescit recurat ad synodū.

Capitulum sextum.

C ¶ Ex epistola sancti clementis vtilia que p̄senti tempore ecclesiis necessaria sunt honorifice proferē- da, & cū reuerentia ab omnibus fidelib⁹ ac p̄cipue clericis recipiēda, ex quibus qd specialiter placuit ppter venerandam antiquitatem statutis presentibus roboramus, quod supradictus beatus martyr de beatissimi Petri constitutione commemorat dicens. Quedam autem etiam ex vobis ipsis intelli- gere debetis, si qualunt que ipse propter insidias hominum malorum non potest euidentius & ma- nifestius ploqui, verbi gratia, Inimicus est alicui p actibus suis, vos nolite expectare, vt ipse vobis di- cat, cū illo nolite amici esse, sed prudenter obseruare debetis & voluntati eius videlicet qui ecclesie cu- ram gerit absq; cōmonitione obsecundare, & auerti ab eo cui ipsum sentitis aduersum, sed nec loqui his quibus non loquitur, vt vnusquisq; qui in culpa est dum cupit omnium vestrum sibi gratiā re- parare citius festinet recōciliari ei qui omnibus preest, vt per hoc redeat ad salutem cum obedire ce- perit monitis presidentis, & cetera que in consequentibus denotant amicos eorum qui veritati ini- mici sunt, Sciat itaq; deinceps clerus ad reatum sed & populus fidelium ad culpā sibi ascribendum si quis in hoc vitium malorum computatur, & discipline subuersor cognoscitur.

Capitulum septimum.

- D ¶ Placuit preterea accusandi licentiam in vestris ordinibus si qua existat comprimere, quod si episcopus aliquem iudicat abstinentū pro humiliatiōe & correctione fratris, & assurgitur exorari a ceteris acquiescat fratri de quo agitur correptione & cōminatione adhibita, Sin aut de crimine ali- quem putet esse dānandum accusatoris vice discutiendum si sciat, fas est enim vt que vni probātur, probentur ab omnibus.

Capitulum octauum.

- E ¶ Quod si tantum episcopus alieni clerici se consciū nouit, quādiū prebare non potest nichil pro- ferat, sed cum episcopo ad cōpunctionem eius secretis correptionibus elaboret, quod si correptus per- tinacior fuerit, & se cōmunioni publice ingesserit, etiam si episcopus in redarguendo illo quem reum iudicat p̄batione deficiat, indānatus licet ab his qui nichil sciunt secedere ad temp⁹ pro persona ma- ioris auctoritatis iubeatur, illo quādiū probari nichil potest in cōione omnium preterquam eius qui eum reum iudicat permanente.

Capitulum nonum.

- F ¶ De expositis quia collata ab oibus querela p̄cessit eos nō misericordie iā sed canibus exponi, quos colligere calumniarū metu quāuis infelix a preceptis misericordie mens humana detractet reseruan- dum est, & scdm statuta fidelissimorum piissimorum augustorumq; principum quisquis exposi- tum colligit ecclesiam contestetur cōtestationem colligat nichilominus de altario dominico die mini- ster annunciet ab ecclesiastico expositum esse collectū, vt intra dies decem ab expositionis die exposi- tum recipiat, si quis probauerit se agnouisse collectori pro ipsorum decē dierum misericordia prout valuerit ad presens retribuatur, aut in perpetuum cum dei gratia si voluerit possideat.

Capitulum decimum.

- G ¶ Si quis expositorū hoc ordine collectorū repetitor vel calūniator extiterit, vt homicida hndus est.

¶ Explicit concilium Valense.

¶ Incipiunt

*not extra nō soluentes
legata ad suas causas*

*ex hoc loco colligitur epistola
clementis aliquo loco habita fuisse*

de expositis infantibus

INCIPIVNT CAPITVLA AGATHENSIS CONCILII.

- i De bigamis clericis vt non ministrēt
ii De contumacibus clericis, & ad officium tardis.
iii De episcopis q̄ vel innocentes, vel pro minimis causis aliquos excommuni-
cant.
iiii De his qui suas vel propinquorum oblationes ecclesie defraudant.
v Si clericus furtū ecclesie fecerit.
vi Si episcopo a quibuscumque quicq̄ fuerit derelictum.
vii De rebus ecclesie quomodo ab episcopis habeantur, & de seruis ecclesie qualiter ab episcopo manumittantur.
viii De clericis qui ad seculares confugiunt.
ix De presbyteris & diaconibus qui ad conjugalem coitum reuertuntur.
x Vt nullus clericorum cum extraneis feminis habitet.
xi Vt nullus clericus in cellario vel in secrete feminam intromittat.
xii Vt omni quadragesime sabbato ieiunetur.
xiii Vt symbolum ante octo dies pasche competentibus predicetur.
xiiii Vt altare & benedicatur & vngatur.
xv Qualiter maiores, qualiter minores penitentiam accipiant.
xvi Qua etate diacones ordinentur.
xvii Qua etate episcopi vel presbyteri consecrentur.
xviii De laicis quibus temporibus communicare debeant.
xix De sanctimonialibus qua etate velentur.
xx De clericis qui comam nutriunt.
xxi Vt solemnitates maiores in ciuitatibus celebrentur.
xxii Vt non liceat presbyterum, aut clericum rem ecclesie vendere, aut donare.
xxiii Vt clericus minor seniori non preponatur.
xxiiii De expositis inuentis.
xxv De secularibus qui suas uxores derelinquunt.
xxvi Vt si voluntarie clericus damnum ecclesie fecerit, & satisfaciatur & excommunicetur.
xxvii Vt monasterium inconsulto episcopo
xxviii Vt monasterium puellarum procul a monachis constituantur.
xxix De libertis vt in necessitate ab ecclesia tueantur.
xxx Vt post antiphonas orationes dicantur.
xxxi De his qui propter odium ad pacem non reuertuntur.
xxxii Vt clericus inconsulto episcopo ad iudicem secularem non pergat.
xxxiii Si episcopus heredes non hñs ecclesie cui preuit heredem non fecerit.
xxxiiii De iudeis qui conuerti cupiunt, qualiter suscipiantur.
xxxv Si episcopus a metropolitano admonitus pro synodo, vel ordinatione episcopali venire distulerit.
xxxvi Vt stipendia clericorum iuxta meritum distribuuntur.
xxxvii De homicidis & falsis testibus.
xxxviii Vt sine episcopi sui epistola non liceat clericum vel monachum proficisci, & de monachis vel abbatibus.
xxxix Vt clerici nuptialia vitent conuiuia.
xl Ne christiani iudeorum vtantur conuiuiis.
xli Vt a clericis vitetur ebrietas.
xlii De fortilegis, vel auguratoribus vt ab ecclesia separentur.
xliii Ne de penitentibus clericus ordinetur, & vt presbyter altare non erigat.
xliiii Ne presbyter benedictionem populo vel penitenti in ecclesia dare presumat.
xlv Vt tempore exiguum aliquid sine clericorum conuicta, (si necesse fuerit) distrahat.
xlvi Vt seruos ecclesie fugitiuos liceat vendere episcopo.
xlvii Vt añ missam expletā egredi populus non presumat.
xlviii De rebus ecclesie propriis vel adquisitis.
xlix De non alienandis ab aliquo rebus ecclesie, & de libertis.
l De clericis capitale crimē incurrētib⁹
li De testamento episcopi.
lii De clericis qui sine epistolis sui pontificis proficiscuntur.
liii De pbris pochiaīs res ecclesie distrahētib⁹
liiii De eisdem vt quicquid emerint in nomine comparent ecclesie.
lv Vt sacerdotes & leuite canibus ad
E.i.

- venandū & accipitribus non vtantur.
- lvi ¶ De venditionibus quas abbates face-
re presumunt.
- lvii ¶ Ne vn⁹ abbas duob⁹ cēbiis p̄pōatur.
- lviii ¶ Ne monasteriū sine noticia ep̄i cōsti-
tuatur.
- lix ¶ De rebus eccl̄ie vsui collatis vt prescri-
ptionis tempore non defendantur.
- lx ¶ De lapsis qui de catholica fide i here-
sim transeunt.
- lxi ¶ De incestis coniugiis.
- lxii De his q seruos suos extra iudicē necāt.
- lxiii ¶ De laicis qui in solemnitatibus maio-
ribus ad ciuitatem non occurrunt.
- lxiiii ¶ De clericis qui ab eccl̄ie officio die-
bus solemnibus desunt.
- lxv ¶ De leuitis vt nō sine iussu p̄bri sedeāt
- lxvi ¶ De ministris ne secretariū igrediātur
- lxvii ¶ De catholicis ne hereticorū cōnubiis
copulentur.
- lxviii ¶ De leuitis & clericis ne magi vel in-
cantatores sint.
- lxix ¶ De seditionariis clericis.
- lxx ¶ De scurris & iocularibus clericis.
- lxxi ¶ De synodo ānis singulis cōgregāda.
- ¶ Finiunt capitula.

INCIPIT CONCILIVM AGATHENSE TERTIO IDVS SEP-
TEMBRIS MASSALE CONSULE.



VM IN DEI NOMINE IN CIVITATE AGA-
thenſi conueniſſemus, & in ſancti Andree baſilica conſediſſemus de diſciplina
& ordinatiōibus clericorū atq; p̄tifiū, vel de eccl̄iarū vtilitatibus tractaturi, in
pris id placuit, vt canones & ſtatuta patrū per ordinem legerentur.

Capitulum primum.

- A ¶ Placuit de digamis aut nuptiis maritis (quāq; aliud patrū ſtatuta decreuerit)
vt qui huc vsq; ordinati ſunt habita miſeratiōe p̄bri vel diaconi nomen tātū obti-
neant, officiū vero cōſecrādi p̄bri & miniſtrādi huiusmodi diacones non preſumant.

Capitulum ſecundum.

- B ¶ Cōtumaces vero clerici, put dignitatis ordo p̄miſerit ab ep̄is corrigātur, & ſi q prioris gradus elati
ſupbia cōiōne fortasſe cōtēperint, aut eccl̄iā frequentare, vel officiū ſuū implere neglexerint, pegrina eis
cōmunio tribuatur, ita vt cum eos penitētia correxerit reſcripti matricula gradu ſuum dignitatemq;
recipiant.

Capitulum tertium.

- C ¶ Ep̄i vero ſi ſacerdotali moderatiōe poſtpoſita innocētes, aut minimis cauſis culpabiles excōicare p̄-
ſumpſerint, aut ad grām feſtinātes recipere fortasſe noluerit a vicinis ep̄is cuiuſlibet p̄uincie litteris mo-
neantur, & ſi p̄cere noluerint, cōiō illis ad t̄ps ſynodi a reliq; ep̄is denegetur, ne fortasſe p̄pter excōica-
toris peccatū excōicati lōgo t̄pe morte p̄ueniātur.

Capitulum quartum.

- D ¶ Clerici etiā vel ſeculares qui oblationes parentū aut donatas, aut teſtamēto relictas retinere p̄ſtiterit,
aut id qd̄ ipſi donauerūt eccl̄iis vel mōnasteriis crediderit auferēdū, ſicut ſynodus ſc̄ta cōſtituit velut
necatores pauperū quo vsq; reddāt, ab eccl̄ia excludantur.

Capitulum quintum.

- E ¶ Si quis clericus iurū eccl̄ie fecerit pegrina ei cōiō tribuatur.

Capitulum ſextum.

- F ¶ P̄tiffices vero qb⁹ ſūmo ſacerdotio cōſtitut⁹ ab extrāeis dūtaxat aliqd, aut cū eccl̄ia, aut ſeſſtrati, aut
dimittitur, aut dōatur, qd̄ hoc ille q donat p redēptiōe aie ſue nō p cōmodo ſacerdotis offerre p̄batur
nō quali ſuū p̄priū ſed qſi dimiſſum eccl̄ie inter facultates eccl̄ie cōputabūt, qd̄ iuſtū eſt vt ſicut ſacer-
dos hēt qd̄ eccl̄ie dimiſſum ē, ita & eccl̄ia habeat qd̄ relinquitur ſacerdoti. Sane qd̄ p fidei cōmiſſum
aut ſacerdoti, aut eccl̄ie fortasſe dimittitur cuiūq; alii poſtmodū p̄futurū, id inter facultates ſuas eccl̄ia
cōputare, aut retinere nō poterit.

Capitulum ſeptimum.

- G ¶ Caſellas vero vel mācipiolas eccl̄ie ep̄i ſicut priſca canonū p̄cepit auctoritas, vel vaſa miniſterii, quali
cōmēdata fideli p̄poſito in integro eccl̄ie iure poſſideāt, i. vt neq; v̄dere neq; p̄ quoscūq; cōtractus res
vñ paupes viuūt alienare p̄ſumāt qd̄ ſi neceſſitas cōpulerit vt p eccl̄ie neceſſitate, aut vtilitate, vel vſu fru-
ctū vel indirecta v̄ditione aliqd diſtrahatur apud duos vel tres cōprouitiales vel vicinos ep̄os cā q ne-
ceſſe ſit vendi primitus cōp̄betur, vt habita diſcuſſiōe ſacerdotali eorū ſubſcriptiōe que facta fuerit
v̄ditio roboretur, aliter facta v̄ditio vel trāſactio nō valebit. Sane ſi quos de ſeruis eccl̄ie bñ meritos ſi
bi ep̄s libertati donauerit, collatā a ſucceſſoribus libertatē placuit cuſtodiri, cum hoc qd̄ eis manumifſor
in libertate cōtulerit, qd̄ tñ iubemus viginti ſolidorum numeri modū in terrula vineola, vel hoſpitiolo
tenere, qd̄ amplius datum fuerit poſt manumifſoris mortē eccl̄ie reuocetur. Min⁹ vtilis pegrinis vel de-
ricis ſaluo iure eccl̄ie i vſum p̄ſtare p̄mittim⁹. Capitulum octauum.

N.

Id etiam placuit, vt si clericus relicto officio suo propter distractionem, ad secularem fortasse confu-
gerit, & is ad quem recurrit solatium ei defensionis impenderit, cum eodem de ecclesie communio-
ne pellatur. **Capitulum nonum.**

Placuit etiam, vt si presbyteri vel diaconi coniugati ad thorum vxorum suarum redire voluerint
pape Innocentii ordinatio, vel siritii episcopi auctoritas conferuetur, quod si ad aliquos formula illa
ecclesiastice vite pariter & discipline que a Siritio episcopo ad prouintias comueuit, non probabi-
tur peruenisse, ei signo rationis venia remittitur, ita vt de cetero penitus incipiant abstinere, & ita gra-
dus suos in quibus inuenti fuerint sic retineant, vt ad potiora eis non liceat ascendere quibus in benefi-
cio esse debet quod locum ipsum quem retinent non amittunt, si qui autem scisse formam viuendi
missam a sancto Siritio episcopo deteguntur, neque statim cupiditates libidinis abiecerint, illi sunt modis
omnibus submouendi, eo quod post admonitionem cognitam preponendam arbitrati sunt volupta-
tem. **Capitulum decimum.**

Id etiam ad custodiendam vitam & famam speciali ordinatione precipimus, vt nullus clericorum
extranee mulieri qualibet collatione, aut familiaritate iungatur, & non solum in domo illius extranea
mulier non accedat, sed nec ipse frequentandi extraneam mulierem habeat potestatem, sed cum matre
tantum sorore, filia, aut nepte si habuerit, aut voluerit viuendi liberam habet potestatem, de quibus no-
minibus nefas est aliud quam natura constituit suspicari.

Capitulum vndecimum.

Ancillas vel libertas a cellario, vel secreto ministerio, & ab eadem mansione in qua clericus manet
placuit remoueri. **Capitulum duodecimum.**

Placuit etiam vt omnes ecclesie exceptis diebus dominicis in quadragesima etiam die sabbato sacer-
dotali oratione, & discretionis comminatione ieiunent. **Capitulum decimum tertium.**

Symbolum etiam placuit ab omnibus ecclesiis vna die, id est ante octo dies dominice resurrectionis
publice in ecclesia competenter predicare. **Capitulum decimum quartum.**

Altaria placuit non solum vinctioe chrismatis, sed etiam sacerdotali benedictione sacrari. **Capitulum decimum quintum.**

Penitentes tempore quo penitentiam petunt impositionem manuum, & cilitium super caput a sa-
cerdote sicut ubique constitutum est consequantur, si autem comas non deposuerint, aut vestimenta non
mutauerint, abiciantur, & nisi digne penituerint non recipiantur, iuuenibus etiam penitentia non fa-
cile committenda est propter etatis fragilitatem, viaticum tamen in morte omnibus positum non ne-
gandum. **Capitulum decimum sextum.**

Episcopus benedictionem diaconatus minoribus quam viginti quinque annorum penitus non com-
mittat, sane si coniugati iuuenes consenserint ordinari, & vxorum voluntas ita requirenda est vt seque-
strato mansionis cubiculo religione premissa postea quam pariter conuersi fuerint ordinentur. **Capitulum decimum septimum.**

Presbyterum vero vel episcopum ante triginta annos, id est antequam ad viri perfecti etatem perue-
niat, nullus metropolitanorum ordinare presumat, ne per etatem (quod aliquotiens euenit) aliquo er-
rore culpentur. **Capitulum decimum octauum.**

Seculares qui in natali domini pascha pentecoste non communicauerint catholici non credantur, nec
inter catholicos habeantur. **Capitulum decimum nonum.**

Sanctimoniales quantumlibet vita earum & mores probati sint ante annum etatis sue quadragesi-
mum non velentur. **Capitulum vigesimum.**

Clerici qui comam nutriunt ab archidiacono etiam si noluerint inuiti detondeantur, vestimenta vel
calceamenta etiam eis nisi que religionem deceant, vt aut habere non liceat. **Capitulum vigesimum primum.**

Si quis etiam extra parochias in quibus legitimus est ordinariusque conuentus oratorium in agro
habere voluerit, reliquis festiuitatibus, vt ibi missas teneat propter fatigationem familie iuxta ordinem
permittimus, pascha vero natali domini, epiphania, ascensione domini, pentecoste, & natali sancti Ioan-
nis Baptiste, & si que maxime dies in festiuitatibus habentur, non nisi in ciuitatibus, aut parochiis tene-
ant, clerici vero si qui in festiuitatibus quas supradiximus in oratoriis nisi iubente aut permittente episcopo
facere aut tenere voluerint, a coeione pellantur. **Capitulum vigesimum secundum.**

E.ii.

- A** **¶** Et licet superfluum sit de re nota & antiquis canonibus prohibita aliquid iterato definire, tamen ut facilius cupiditas, aut improbitas reprimatur, id statuimus quod omnes iubent, ut ciuitanenses, siue diocesani presbyteri, vel clerici saluo iure ecclesie recte ecclesie licet permiserunt episcopi teneant, vendere, aut donare penitus non presumant, quod si fecerint, & facta venditio non valebit, & de facultatibus si quas habent proprias indemnem ecclesiam reddant, & communione priuentur.
Capitulum vigesimumtertium.
- B** **¶** Episcoporum etiam quorum vita non reprehenditur posteriorem priori nullus preponat, nisi forte elatus superbia quod pro necessitate ecclesie episcopus iusserit implere contemnat, sane si officium archidiaconatus propter simpliciorum naturam implere, aut expedire nequiverit, ille loci sui nomen teneat, & ordinationem ecclesie quem elegerit episcopus preponendum.
Capitulum vigesimumquartum.
- C** **¶** De expositis inuentis id obseruandum quod iam dudum synodus sancta constituit.
Capitulum vigesimumquintum.
- D** **¶** Si vero seculares qui coniugale consortium culpa grauiori dimittunt, vel etiam dimiserunt, & nullas causas dissidii probabiliter proponentes propterea matrimonia sua dimittunt, ut aut illicita, aut aliena presumant, si antequam apud episcopos comprouintiales dissidii causas dixerint, & prius uxores quam iudicio damnentur abiecerint, a communione ecclesie, & sancto populi cetui (pro eo quod fidem & coniugia maculant) excludantur.
Capitulum vigesimumsextum.
- E** **¶** Si quis de clericis documenta quibus ecclesie possessio firmatur, aut suppressere, aut negare, aut aduersariis fortasse tradere damnabili & punienda obstinatione presumpserit, quicquid per absentiam documentorum damni ecclesie illatum est de propriis facultatibus reddant, & communione priuentur hi etiam qui in damno ecclesie impie sollicitati a traditoribus aliquid acceperint, superiori sententia teneantur.
Capitulum vigesimumseptimum.
- F** **¶** Ut de monachis monasterium nouum nisi episcopo aut permittente aut probante nullus incipere, aut fundare presumat, monachi etiam vagantes ad officium clericatus nisi eis testimonium abbas suus dederit, nec in ciuitatibus, nec in parochiis ordinentur, monachum nisi abbatis sui aut permisso, aut voluntate ad alterum monasterium commigrantem nullus abbas suscipere aut retinere presumat, sed ubicumque fuerit, abbati suo auctoritate canonum reuocetur, si enim necesse fuerit clericum de monachis ordinari cum consensu & voluntate abbatis presumat episcopus.
Capitulum vigesimumoctauum.
- G** **¶** Monasteria puellarum longius a monasterio monachorum, aut propter insidias diaboli, aut propter oblocutiones hominum collocentur.
Capitulum vigesimumnonum.
- H** **¶** Libertos legitime a dominis suis factos, ecclesia si necessitas exegerit tueatur, quod si quis ante audientiam aut peruadere, aut expoliare presumpserit, ab ecclesia repellatur.
Capitulum trigessimum.
- I** **¶** Et quia conuenit ordinem ecclesie ab omnibus equaliter custodiri, studendum est ut ubique (sicut fit) & post antiphonas collectiones per ordinem ab episcopis, vel presbyteris dici, & hymnos matutinos vel vespertinos decantari diebus omnibus, & in conclusione matutinarum vel vespertinarum missarum post hymnos capitella de psalmis dici, & plebem collecta oratione ad vesperam ab episcopo cum benedictione dimitti.
Capitulum trigessimum primum.
- K** **¶** Placuit etiam ut (sicut plerumque fit) quicumque odio, aut longinqua inter se lite dissenferint & ad pacem reuocari diutina intentione nequerint, a ciuitatis primitus sacerdotibus arguantur qui si inimicitias deponere perniciose intentione noluerint, de ecclesie cetui iustissima excommunicatione pellantur.
Capitulum trigessimumsecundum.
- L** **¶** Clericus nec quem presumat apud secularem iudicem episcopo non permittente pulsare, sed si pulsatus fuerit non respondeat, nec proponat, nec audeat criminale negotium in iudicio seculari proponere, si quis vero secularium per calumniam ecclesiam, aut clerum fatigare tentauerit, & victus fuerit, ab ecclesie liminibus & a catholicorum communione (nisi digne penituerit) coherceatur.
Capitulum trigessimumtertium.
- M** **¶** Episcopus qui filios aut nepotes non habens alium quam ecclesiam reliquit heredem, si quid de ecclesia non in ecclesie causa aut necessitate insumpserit, quod distraxit, aut donauit irritum habeatur.
Capitulum xxxiiii.

Iudei (quorum perfidia frequenter ad vomitum redit) si ad legem catholicam venire voluerint, esto
mens inter catechuminos ecclesie limen introeant, & si pura fide noscuntur venire, tunc demum ba
ptismatis gratiam mereantur, quod si casu aliquo periculum infirmitatis intra prescriptum tempus
incurrerint, & desperati fuerint baptizentur. Capitulum trigessimum quintum.

Si episcopus metropolitanus ad comprouintiales episcopos epistolas direxerit, in quibus eos ad or
dinationem summi pontificis, aut ad synodum inuitat, postpositis omnibus excepta graui infirmi
tate corporis, aut preceptione regia ad constitutum diem adesse non differat, quod si deierint (sicut
prisca canonum precepit auctoritas) vsq; ad proximam synodum a charitate fratrum, & ecclesie commu
nitione priuentur. Capitulum trigessimum sextum.

Clerici etiam omnes qui ecclesie fideliter vigilantq; deseruiunt stipendia sanctis laboribus debi
ta secundum seruitii sui meritum vel ordinationem a sacerdotibus consequantur. Capitulum trigessimum septimum.

Itaq; censuimus homicidas & falsos testes a communione ecclesiastica submouendos nisi peniten
tie satisfactione crimina diluerint. Capitulum trigessimum octauum.

Clericis sine commendaticiiis epistolis episcopi sui licentia non pateat euagadi. In monachis quo
q; presentis sententie forma seruetur, quod si verborum increpatio non emendauerit, etiam verberibus
statuimus coerceri. Seruandum quoq; de monachis, ne eis ad solitarias cellulas liceat a congregatione
discedere, nisi forte probatis postemeritos labores, aut propter infirmitatis necessitatem asperior abba
tis regula remittatur, quod ita demum fiet vt intra eadem monasterii septa manentes tamen sub abba
tis potestate separatas habere cellulas permittantur, abbatibus quoq; singulis diuersas cellulas, aut plu
ra monasteria habere non liceat, nisi tantum propter incursum hostilitatis intra muros receptaculo col
locare. Capitulum trigessimum nonum.

Prius diacones subdiacones vel deinceps quibus ducendi uxores licentia non est, etiam alienarum nuptia
rum euitent conuiuia, nec his cetibus misceantur vbi amatoria cantantur, & turpia, aut obcenii motus cor
porum, choris & saltationibus effertur, ne auditus, & obtutus sacris mysteriis deputatus turpium spe
ctaculorum atq; verborum contagione polluantur. Capitulum quadagesimum.

Omnes deinceps clerici siue laici iudeorum conuiuia euitent, nec eos ad conuiuium quisq; excipi
at, quia cum apud christianos cibus communibus non vtantur, indignum est atq; sacrilegum eorum
cibos a christianis sumi, cum ea que apostolo permittente nos sumimus ab illis iudicentur immuni
da, ac si inferiores incipiant esse christiani q; iudei, si nos que ab illis apponuntur vtamur, illi vero a no
bis oblata contemnant. Capitulum quadagesimum primum.

Ante omnia clericis vitetur ebrietas, que omnium vitiorum fomes, ac nutritrix est. Itaq; eum quem
ebrium fuisse constiterit, vt ordo patitur, aut triginta dierum spatio communione statuimus submo
uendum, aut corporali subdendu supplicio. Capitulum quadagesimum secundum.

Et ne id fortasse videatur omissum quod maxime fidem catholice religionis infestat, quod aliqua
ti clerici siue laici student auguriis, & sub nomine fictae religionis quas sanctorum sortes vocant diui
nationis scientiam profitentur, aut quauicunq; scripturarum inspectione pmittunt, hoc quicunq; clericus
vel laicus detectus fuerit vel consulere, vel docere, ab ecclesia habeatur extraneus. Capitulum quadagesimum tertium.

De penitentibus id placuit obseruare quod sancti patres nostri synodali sententia censuerunt, vt
nullus de his clericus ordinetur, & qui iam sunt per ignorantiam ordinati, aut sicut bigami, aut inter
nuptiarum maritos locum teneant, ministrare diaconis consecrare altare presbyter non presumat. Capitulum quadagesimum quartum.

Benedictionem super plebem in ecclesia fundere, aut penitentem in ecclesia benedicere presbyte
ro penitus non licebit. Capitulum quadagesimum quintum.

Terrulas aut vineolas exiguas ecclesie minus vtilis, aut longe positas paruas eps sine consilio fratrum
(si necessitas fuerit) distrahendi heat potestatem. Capitulum quadagesimum sextum.

Fugitiui domos suas, aut familias deferentes, qui etiam si reuocati fuerint, aut si ita illi meruerint,
distrahantur. Capitulum quadagesimum septimum.

Missas die dominica secularibus totas tenere speciali ordine precipimus, ita vt ante benedictione
sacerdotis egredi populus non presumat, qui si fecerint ab episcopo publice confundantur. Capitulum quadagesimum octauum.

E.iii.

A

.N. de indyis - -

B

C

D

E

F

G

Cur uiranda indy
vñ conuina - -

H

I de his q; mmmur
foribus - -

K

L

M

N

O

CONCILIUM AGATHENSE.

A ¶ Ut de rebus episcopi propriis vel acquisitis, vel quicquid episcopus de suo proprio habet, hereditibus suis si voluerit derelinquat, quicquid vero de prouisione ecclesie sue fuerit, siue de agris, siue de frugibus, siue de oblationibus omnia iure ecclesie referuare censuimus.

Capitulum quadragessimum nonum.

B ¶ Diacones vel presbyteri in parochia constituti de rebus ecclesie sibi creditis nichil audeant commutare, vendere vel donare, quia res sacrate deo esse noscuntur. Similiter & sacerdotes nichil de rebus ecclesie sibi commissis, ut superius comprehensum est, alienare presumant, quod si fecerint conuicti in concilio, & ab honore depositi de suo aliud restituant quantum visum est presumptis. Sane si quis pro qualibet conditione de rebus ecclesie aliquid alienare presumpserit, si de suo proprio tantum ecclesie contulerit quantum visum est abstulisse, tunc demum istud stare licebit, liberos tamen quos sacerdotes vel diaconos de ecclesia sibi commissis facere voluerint actus ecclesie prosequi iubemus, quod si facere contempserint, placuit eos ad proprium reuerti seruitium.

Capitulum quinquagesimum.

C ¶ Si episcopus presbyter aut diaconus capitale crimen commiserit, aut cartam falsauerit, aut testimonium falsum dixerit, ab officii honore depositus in monasterium retrudatur, & ibi tantummodo quandiu vixerit laicam communionem accipiat.

Capitulum quinquagesimum primum.

D ¶ Si episcopus condito testamento aliquid de ecclesiastici iuris proprietate legauerit, aliter non valebit, nisi tantum de iuris proprii facultate suppleuerit.

Capitulum quinquagesimum secundum.

E ¶ Presbytero aut diacono, vel clerico sine antistitis sui epistolis ambulanti, communionem ei nullus impendat.

Capitulum quinquagesimum tertium.

F ¶ Quicquid parochiarum presbyter de ecclesiastici iuris possessione distraxerit inane habeatur, & vacuum, venditore comparantis & auctione vendentis.

Capitulum quinquagesimum quartum.

G ¶ Presbyter dum diocesim tenet, de his que emerit ad ecclesie nomen scripturam faciat, aut ab eius quam tenet ecclesie ordinatione discedat.

Capitulum quinquagesimum quintum.

H ¶ Episcopis presbyteris diaconibus canes ad venandum, aut accipitres habere non liceat, quod si quis talium personarum in hac voluntate detectus fuerit, si episcopus est tribus mensibus se suspendat a communione, presbyter duobus mensibus se abstineat, diaconus vero ab omni officio vel communionem cessabit.

Capitulum quinquagesimum sextum.

I ¶ In venditionibus quas abbates facere presumunt hec forma seruetur, ut quicquid sine episcopi notitia venditum fuerit ad potestatem episcopi reuocetur, macipia vero monachis donata ab abbate non liceat manumitti, iniustum enim putamus, ut monachis cotidianum rurale opus facientibus serui eorum libertatis otio potiantur.

Capitulum quinquagesimum septimum.

K ¶ Vnum abbatem duobus monasteriis interdiximus prelidere.

Capitulum quinquagesimum octauum.

L ¶ Cellulas nouas, aut congregatiunculas monachorum absque notitia episcopi prohibemus institui.

Capitulum quinquagesimum nonum.

M ¶ Clerici quilibet quecumque diuturnitate temporis de ecclesie remuneratione possederint, in ius proprium prescriptione temporis non vocentur, dum modo pateat ecclesie rem fuisse, ne videantur etiam episcopi administrationes prolixas, aut precatorias cum ordinati sunt facere debuisse, aut diu retentas facultates in ius proprietatis sue posse transscribere.

Capitulum sexagesimum.

N ¶ Lapsis, id est qui in catholica fide baptisati sunt, si preuaricatione damnabili post in heresim transierint, grandem redeundi difficultatem sanxit antiquitas, quibus nos annorum multitudine breuiata penitentia biennii conditione infra scripte obseruationis imponimus, ut prescripto biennio, tertio sine relaxatione ieiunent, & ecclesiam studeant frequentare, in penitentium loco standi, & orandi humilitatem ita nouerint obseruandam, ut etiam ipsi cum catechumini egredi commonentur abscedant, hoc si obseruare voluerint constituto tempore admittendis ad altarium obseruatio relaxetur, quod si ardua vel dura forte putauerint, statuta preteritorum canonum implere debent.

Capitulum sexagesimum primum.

de epis, presbyteris, diaconis, & canonicis, huius et accipimus - - tener - -

De incestis coniunctionibus nihil prorsus venie reſeruamus, niſi cum adulterium ſeparatione ſa-
nauerint, in ceſtos vero nullo coniugii nomine deputandos, quos etiam deſignare funeſtum eſt, hos
enim cenſemus eſſe ſi quis relictam fratris que pene prius ſoror extiterat carnali cōiunctione pol-
luerit, ſi quis frater germanam vxorem acceperit, ſi quis nouerca duxerit. Si quis conſobrine ſe ſocia-
uerit, ſi quis relicte vel filie auunculi miſceatur, aut patruſ filie vel priuigne ſue, aut qui ex propria con-
ſanguinitate aliquā aut quā conſanguineus habuit concubitu polluat, aut duxerit vxore. Quos om-
nes & olim atq; ſub hac conſtitutione inceſtos eſſe non dubitamus, & inter cathecuminos vſq; ad le-
gitimam ſatiſfactionem manere & orare precipimus, quod ita preſenti tempore prohibem⁹, vt ea que
ſunt haecenus inſtituta non diſſoluam⁹. Sane quibus coniunctio illicita interdicitur, habebunt in eun-
di melioris coniugii libertatem.

Capitulum ſexageſimū ſecundū.

Si quis ſeruū propriū ſine conſcientiā iudicis occiderit, excommunicatione vel penitentia bien-
nii reatum ſanguinis emendabit.

Capitulum ſexageſimum tertium.

Vt ciues qui ſuperiorum ſolemnitatum, id eſt paſche ac natalis domini, vel pentecoſtes feſtiuitati-
bus cum epiſcopis intereſſe neglexerint (cum in ciuitatibus communionis vel benedictionis accipi-
ende cauſa politos ſe noſſe debeant), triennio a communione priuentur eccleſie,

Capitulum ſexageſimū quartū,

Si quis in clero conſtitutus ab eccleſia ſua diebus ſolemnibus deſuerit, id eſt natiuitate domini, epi-
phania, paſcha, vel pentecoſte, dum potius ſingulari lucro ſtudeat, quā ſeruitio ſuo parere, cōuenit vt tri-
ennio a cōmuniōe ſuspendatur. Similiter diaconus vel preſbyter ſi tres ebdomadas ab eccleſia ſua de-
fuerit huic damnationi ſuccumbat.

Capitulum ſexageſimū quintum.

Quoniam non oportet diaconem ſedere preſente preſbytero, ſed ex iuſſione preſbyteri ſedeat, ſi-
militer autem honorificetur diaconus a miniſtris inferioribus & omnibus clericis.

Capitulum ſexageſimū ſextum,

Quoniā nō oportet in ſacros miniſtros licetiā habere in ſecretariū quod greci diaconicon ap-
pellant ingredi, & contingere vaſa dñica.

Capitulum ſexageſimū ſeptimū.

Quoniam non oportet cū omnibus hereticis miſcere cōnubia, vel filios vel filias dare, ſed potius
accipere ſi tamen profitentur chriſtianos futuros eſſe & catholicos.

Capitulum ſexageſimū octauum.

Quoniam non oportet miniſtros altaris aut clericos magos & incantatores eſſe, aut facere que
dicunt philacteria que ſunt magna obligamenta animarum, hos autem qui talibus vtūtur proici ab
eccleſia iuſſimus.

Capitulum ſexageſimum nonum.

Seditionarios nunq̄ ordinandos clericos, ſicut nec uſurarios, vel iniuriarum ſuarum vltiores,

Capitulum ſeptuageſimum.

Clericum ſcurrilem & verbis turpibus iocularē ab officio retrahendum,

Capitulum ſeptuageſimū primum.

Synodum etiam ſecundum cōſtituta patrū etiam annis ſingulis placuit congregari, quoniam cū
pace dimittimus gratias deo agimus, orantes eius clementiā, vt hec eadem facere in honorem do-
mini multos per annos poſſim⁹. Ego ceſari⁹ in chriſti nomine epiſcopus iuxta id quod vniuerſis
coepiſcopis meis qui mecum ſcripſerunt, placuit inſtituta patrum ſecutus, his diſſinitionibus annu-
ens ſub die quinto kalendas ſeptembris, ſubſcripſi, ſimiliter & alii ſubſcripſerunt triginta tres.

Explicit concilium agathenſe.

INCIPIUNT CAPITVLA CONCILII AVRELIANENSIS.

i De homicidis & adulteris & furibus ſi
ad eccleſiam confugerint.

vii

pitale commiſerit.

ii De raptorib⁹ ad eccleſiā cōfugiētib⁹.

viii

De his qui penitentiam violauerunt
Si preſbyter aut diacon⁹ ſe pro reatu ali-
quo ab euchariftia ſuſpenderit.

iii De ſeruis ſi ad eccleſiā cōfugerint.

ix

Si relicta pbr̄i aut diacōi alii ſe cōiunxerit,

iiii De eo qui ab ep̄o aliquid repeti, vt p
ipſa cōuentione ab eccleſia non priuetur.

x

De his que in altario offeruntur.

v Si ep̄s ſeruū alterius clericū fecerit.

xi

De his que a fidelibus in parrochianis
eccleſiis offeruntur.

vi Si diaconus aut preſbyter crimen ca-

E.iiii.

CONCILIVM AVRELIANENSE.

- | | | | |
|-------|---|--------|---|
| xii | ¶ Ut episcopus & pauperes & infirmos tueatur. | xix | ¶ Ut ante pascha quadragesima teneatur |
| xiii | ¶ Ut basilice in cuius territorio sunt, in eius episcopi moneatur potestate. | xxi | ¶ Ut nullus civium festiuitates maiores in villa celebret. |
| xiiii | ¶ De incestis ut excommunicentur. | xxii | ¶ Ut populus ante completam missam & benedictionem acceptam ingredi non presumat. |
| xv | ¶ Ut abbates in potestate episcoporum sint, & de monachis vagis. | xxiii | ¶ Ut letanie ante ascensionem domini celebrentur |
| xvi | ¶ Ut monachi oratorio vel zonis non utantur. | xxiiii | ¶ De clericis qui ad officium venire contemnunt. |
| xvii | ¶ Si monachus uxorem duxerit. | xxv | ¶ De familiaritate extraneorum mulierum. |
| xviii | ¶ Ut monachus sine permisso episcopi vel abbatis cellulas non construat. | xxvi | ¶ De religiosis secularibus qui diuinationibus attendunt. |
| xix | ¶ Si episcopus cuius terrulas presterit excolendas sine preiudicio iuris ecclesie tenebuntur. | xxvii | ¶ Quod episcopus die dominica ab ecclesia abesse non debet. |

¶ Expliciunt capitula.

INCIPIT CONCILIVM AVRELIANENSE.
XXX. EPISCOPORVM.



CONCILIVM AVCTORE DEO IN AVRELIANENSI VRBE fuisset concilium summorum antistitum congregatum communi omnium collatione complacuit, ut hoc quod verbis statuerunt etiam scripture testimonio roborarent.

Capitulum primum.

¶ Id constituimus obseruandum quod ecclesiastici canones decreuerunt, & lex romana constituit, ut ab ecclesie atrijs, vel domo episcopi reos abstrahere omnino non liceat, sed nec alteri consignari nisi ad euangelia datis sacramentis de morte, & debilitate, & omnium penarum genere sint securi, ita ut ei cui reus fuerit criminofus de satisfactione conueniat, quod si sua sacramenta conuictus fuerit violasse, reus periurii non solum a comunione ecclesie, vel omnium clericorum, verum etiam & a catholicorum conuiuio separetur, Quod si is cui reus est, noluerit intentione faciente componi, & ipse reus de ecclesia actus timore discesserit, ab ecclesie clericis non queratur.

Capitulum secundum.

A ¶ De raptoribus autem id constituendum esse censuimus, ut si ad ecclesiam raptor cum rapta confugerit, & feminam ipsam violentiam pertulisse constiterit, statim liberetur de potestate raptoris, & raptor mortis vel penarum impunitate concessa aut seruiendi conditioni subiectus sit, aut redimendi se liberam habeat facultatem. Si vero que rapitur patrem habere constiterit, & puella raptori consenserit, potestati patris excusata reddatur, & raptor a patre superiori conditionis satisfactioni teneatur obnoxius.

Capitulum tertium.

B ¶ Seruus qui ad ecclesiam confugerit pro qualibet culpa, si a domino pro admissa culpa sacramentum susceperit, statim ad seruitium domini sui redire cogatur, & postea quod dato sacramento domino fuerit consignatus si aliquid pene pro eadem culpa a qua excusatur probatus fuerit pertulisse, pro contemptu ecclesie & preuaricatione fidei a comunione & conuiuio catholicorum extraneus habeatur, si vero seruus pro culpa sua ab ecclesia defensus sacramenta domini clericis exigentibus de impunitate perceperit exire nolentem a domino liceat occupari.

Capitulum quartum.

C ¶ Si quis ab episcopo suo vel de ecclesia vel de proprio iure crediderit aliquid ad repetendum, si nichil conuicti aut criminationis obiecerit, eum pro sola contentione a comunione ecclesie non liceat submoueri.

Capitulum quintum.

D ¶ Si seruus absente vel nesciente domino, episcopo sciente quod seruus diaconus aut presbyter fuerit ordinatus, ipso in clericatus officio permanente episcopus eum domino duplici satisfactione compenset. Si vero episcopus eum seruum nescierit qui testimonium perhibent aut eum supplicauerint ordinari simili rehibitioni teneantur obnoxii.

Capitulum sextum.

¶ Si diaconus aut presbyter iter crimen capitale commiserint simul & officio & communione pellantur. A

Capitulum septimum.

¶ De his qui suscepta penitentia religionem sue professionis obliti ad secularia relabuntur, placuit eos & a communione suspendi & ab omnium catholicorum conviviis separari, quod si post interdictum cum eis quisque presumpserit manducare, & ipse communione priuetur. B

Capitulum octauum.

¶ Si diaconus vel presbyter pro reatu suo se ab altaris comunione sub penitentis professione submo- C uerit, sic quoque si alii defuerint, & causa certe necessitatis exoritur, poscentem baptismum liceat baptizare.

Capitulum nonum.

¶ Si se cuiusque mulier duplici coniugio presbyteri vel diaconi relicta coniunxerit, aut castigati sepa- D rentur, aut certe si in criminum intentione persisterint pari excommunicatione plectantur.

Capitulum decimum.

¶ Antiquos canones relegendes priora statuta credimus renouanda, ut de his que in altario oblatio E ne fidei conferuntur medietatem episcopus sibi vendicat, & medietatem sibi dispensandam secundum gradus clerus accipiat, tam de prediis quam de omni comoditate in episcoporum potestate durantibus

Capitulum undecimum.

¶ De his que parochiis in terris, vineis, mancipiis, atque pecuniis quicumque fideles obtulerint antiquo- F rum canonum statuta seruentur, & omnia in episcopi potestate consistant, de his tamen que in alta- rio accesserint tertia fideliter episcopis deferatur. Capitulum duodecimum

¶ Episcopus pauperibus, vel infirmis qui debilitate faciente non possunt suis manibus laborare vi- G ctum & vestimentum in quantum possibilitas habuerit largiatur.

Capitulum decimum tertium.

¶ Omnes basilice que per diuersa loca constructe sunt vel quotidie construuntur, placuit secundum H priorum canonum regulam, ut in eius episcopi territorio in cuius posite sunt, potestate consistant.

Capitulum decimum quartum.

¶ Ne supstiles frater thorum defuncti fratris ascendant, nec se quisque amisse uxoris sorori audeat sociare, quod I qui fecerint, ecclesiastica districtione feriatur. Capitulum decimum quintum.

¶ Abbates pro humilitate religionis in episcoporum potestate consistant & si quid extra regu- K lam fecerit ab episcopis corrigantur, qui semel in anno in loco ubi episcopus elegerit, accepta vocatio- ne conueniant, monachi autem abbatibus omni obediencia & deuotione subiaceant, quod si quis per contumaciam extiterit indeuotus, aut per aliqua loca vagari, aut peculiare aliquid habere presumpse- rit, omnia que acquisierit, ab abbatibus auferantur secundum regulam monasterio profutura, ipsi autem qui fuerant puagati ubi inuenti fuerint, cum auxilio episcopi tanquam fugaces sub custodia reuocentur, & reum se ille abbas futurum esse cognoscat qui in huiusmodi personis non regulari animaduersione di- xerit vel qui susceperit monachum alienum. Capitulum decimum sextum.

¶ Monacho orarium in monasterio vel zonas habere non liceat. L +

Capitulum decimum septimum

¶ Et si postea uxori fuerit sociatus tante preuaricationis reus nunquam ecclesiastici gradus officium M sortiatur

Capitulum decimum octauum.

¶ Nullus monachus congregatione monasterii derelicta ambitionis & vanitatis impulsu, cellulam N construere sine episcopi permissione, vel abbatis sui voluntate presumat.

Capitulum decimum nonum.

¶ Si episcopus humanitatis intuitu, mancipiola, vineolas, vel terrulas clericis vel monachis prestiterit O excolendas, vel pro tempore tenendas, etiam si longa transisse annorum spacia comprobentur, nul- lum ecclesia preiudicium patiatur nec secularis legis preceptio que ecclesie aliquid impedit, apponatur.

Capitulum vigesimum.

¶ Id sacerdotibus omnibus est decretum ut ante pasche solemnitate non quinquagesima, sed qua P dragesima teneatur.

Capitulum vigesimum primum.

¶ Ut nulli ciuium pasche natalis domini, vel quadragesime solemnitas in villa liceat celebrare, nisi quem Q infirmitas probabitur tenuisse

Capitulum vigesimum secundum.

¶ Cum ad celebrandas missas in dei nomine conuenitur populus non ante discedat quam missa solem- R

CONCILIVM AVRELIANENSE.

nitas compleatur, & ubi episcopus non fuerit benedictionem accipiat sacerdotis.

Capitulum vigesimum tertium.

A Rogationes id est letanias ante ascensionem domini placuit celebrari ita ut premissum triduanum ieiunium in dominice passionis solemnitate solvatur, per quod triduum servi & ancille ab opere relaxentur, quo magis plebs universa conveniat quo triduo omnes abstineant, & quadragesimalibus diebus utantur.

Capitulum vigesimum quartum.

B Clerici vero qui ad opus sanctum adesse contempserint secundum arbitrium episcopi ecclesiasticam suscipiant disciplinam.

Capitulum vigesimum quintum.

De familiaritate extranearum mulierum tam episcopi quam presbyteri vel diaconi preteritorum canonum statuta custodiant.

Capitulum vigesimum sextum.

C Si quis clericus monachus vel secularis divinatione vel auguria crediderit observanda vel sortes quas mentiuntur esse sanctorum quibuscumque putaverint intimandas, cum his qui eis crediderint ab ecclesie communione pellantur.

Capitulum vigesimum septimum.

D Episcopus si infirmitate non fuerit impeditus, ecclesie cui proximus fuerit die dominico deesse non debet similiter & alii qui mecum scripserunt numero triginta & tres.

Explicit concilium aurelianense.

Huc usque concilia gallie.

SEQUUNTUR CONCILIA HISPANIE.

INCIPIUNT CAPITULA CONCILII ELIBERTINI.

- | | | | |
|-------|---|---------|---|
| i | De his qui post baptismum idolis sacrificant, | xviii | De sacerdotibus & ministris si mechati fuerint |
| ii | De sacerdotibus gentium qui post baptismum immolauerunt. | xix | De clericis negotiis vel nudinas sectantibus |
| iii | De eisdem si idolis tantum munus dederint. | xx | De clericis & laicis usurariis. |
| iiii | De eisdem si cathecumini adhuc immolant quando baptizabuntur. | xxi | De his qui ad ecclesiam tardius accedunt |
| v | Si domina per zelum ancillam occiderit. | xxii | De catholicis in heresim transeuntibus, si non reuertuntur |
| vi | Si quicumque per maliciam hominem interfecerit. | xxiii | De temporibus ieiuniorum. |
| vii | De penitentibus mechie si rursus peccauerint. | xxiiii | De his qui peregre baptizantur ut ad derum non veniant. |
| viii | De feminis qui adulteros maritos relinquunt & aliis nubunt. | xxv | De episcopis communicatoriis confessorum |
| ix | De feminis que relictis viris suis aliis nubunt. | xxvi | De hoc ut omni sabbato ieiunetur. |
| x | De relictis cathecumini si alterum duxerit. | xxvii | De clericis ut extraneam mulierem in domo non habeant. |
| xi | De relictis cathecumina si graviter egrotaverit. | xxviii | De oblationibus eorum qui non communicant. |
| xii | De mulieribus que lenocinium fecerint. | xxix | De inerguminis qualiter habeantur. |
| xiii | De virginibus deo sacratis si adulterauerunt. | xxx | De his qui post lavachrum mechati fuerint ut nec subdiacones fiant. |
| xiiii | De virginibus secularibus si mechate sint | xxxi | De adolescentibus qui post lavachrum mechati sunt |
| xv | De coniugio eorum qui ex gentilitate veniunt. | xxxii | De excommunicatis presbyteris ut in necessitate communionem dent. |
| xvi | De puellis fidelibus ne infidelibus coniungantur. | xxxiii | De episcopis & ministris ut ab uxoribus abstineant. |
| xvii | De eis qui filias sacerdotibus gentilibus coniungunt. | xxxiiii | Ne cerei in cimiteriis incenduntur. |
| | | xxxv | Ne femine in cimiteriis peruiulent. |
| | | xxxvi | Ne picture in ecclesia fiant. |
| | | xxxvii | De inerguminis baptizandis. |
| | | xxxviii | Ut in necessitate & fideles baptizent. |
| | | xxxix | |

- | | | | |
|--------|--|---------|--|
| xl | ¶ Ne de hoc quod idolatratum est, fideles accipiant. | lx | duntur
¶ De his qui duabus sororibus copulantur |
| xli | ¶ Ut prohibeant domini idola colere seruus. | lxi | ¶ De auguribus & pantomimis si conuertantur |
| xlii | ¶ De his qui ad fidem veniunt quomodo baptizentur. | lxii | ¶ De vxoribus que filios de adulteris necant |
| xliii | ¶ De celebratione pentecostes. | lxiii | ¶ De feminis que vsq; ad mortē cū aliis viris adulterantur |
| xliiii | ¶ De meretricibus paganis si conuertuntur. | lxiiii | ¶ De adulteris vxoribus clericorum |
| xlv | ¶ De catechuminis qui ecclesiam non frequentant. | lxv | ¶ De his qui priuignas suas ducunt |
| xlvi | ¶ De fidelibus si apostatauerint quamdiu peniteant. | lxvi | ¶ De coniugio catechumine femine |
| xlvi | ¶ De eo qui vxorē habet si sepius meretur. | lxvii | ¶ De catechumina adultera que filium necat |
| xlvi | ¶ De batizadis vt nichil accipiant clerici | lxviii | ¶ De viris coniugatis postea in adulteriu lapsis |
| xlvi | ¶ De frugibus fidelium ne a iudeis benedicantur | lxix | ¶ De feminis que consciis maritis adulterantur |
| xlvi | ¶ De christianis qui cū iudeis vescuntur. | lxx | ¶ De stupratoribus puerorū |
| l. | ¶ De hereti. vt ad derū nō pmoueantur | lxxi | ¶ De viduis mehis si eundem postea maritum duxerint |
| li | ¶ De his qui in ecclesia libellos famos ponunt. | lxxii | ¶ De delatoribus |
| lii | ¶ De episcopis qui excommunicato alie no communicant | lxxiii | ¶ De falsis testibus |
| lii | ¶ De parentibus qui fidē spōsaliorum frangunt. | lxxiiii | ¶ De his qui sacerdotes accusant, nec probant |
| liii | ¶ De sacerdotibus gentilium qui iam non sacrificant | lxxv | ¶ De diaconibus si ante honorem peccasse probentur |
| lv | ¶ De magistratibus & dominatibus | lxxvi | ¶ De baptizatis qui nondum confirmati moriuntur |
| lvi | ¶ De his qui vestimenta ad ornandam pompam dederint | lxxvii | ¶ De fidelibus coniugatis si cū iudea vel gentili mechati sint |
| lvii | ¶ De his qui communicatorias litteras portant | lxxviii | ¶ De his qui tabula ludunt |
| lviii | ¶ De fidelibus ne ad capitolium causa sacrificandi ascendant | lxxix | ¶ De libertis |
| lix | ¶ De his qui destruentes idola occidunt | lxxx | ¶ De feminarum epistolis |

¶ Finiunt capitula.

INCIPIT CONCILIVM ELIBERTINVM
XIX. EPISCOPORVM TEMPORE
RE CONSTANTINI.



CVM CONVENISSENT SANCTI ET RELIGIOSI A
si episcopi in ecclesia elibertina. hoc est felix episcopus aquitanus. Cōscius episcopus cordubensis, sauinus episcopus spalenis, Camerinus episcopus tacitanus, sinarius episcopus pegrensis, secundinus episcopus catalensis, pardius episcopus metanus, flauianus episcopus elibertinus, catonius episcopus corsitanus, Liberius episcopus emeritanus, valerius episcopus cesaraugustanus, decetius episcopus legionensis, Melantius episcopus toletanus, ianuarius episcopus de sibilaria, vincetius episcopus ossolobensis, quintianus episcopus elborensis, successus episcopus de elicroca. Euticianus episcopus bastitanus, patricius episcopus malacitanus, residentibus etiam triginta sex presbyteris, astantibus diaconibus, & omni plebe, vniuersi episcopi dixerunt.

- Capitulum primum.
- A ¶ Placuit vt quicumq; post fidem baptisani salutaris adulta etate ad templum ydoli ydolatratur⁹ ac-
cesserit, & fecerit quod est crimē capitale, nec finem eum ad comunionem suscipere.
- Capitulum secundum.
- B ¶ Flamines qui post fidem lauachri & regeneratiōis sacrificauerint, eo quod geminauerint scelera
accedente homicidio, vel triplicauerint facinus, coherente mechia, placuit eos nec in finem accipere cō-
munione.
- Capitulum tertium.
- C ¶ Item flamines qui non immolauerunt sed munus tantum dederunt, eo quod se a funestis ab-
stinuerunt sacrificiis, placuit in finem eis prestare comunionem acta tamen legitima penitentia, Ite
ipsi si post penitentiam fuerint mechati, placuit vltius eis non esse dandam comunionem, ne lu-
sisse de dominica comunione videatur.
- Capitulum quartum.
- D ¶ Item flamines si fuerint cathecumini, & se a sacrificiis abstinerunt, post triennii tempora placuit
ad baptismum admitti debere.
- Capitulum quintum.
- E ¶ Si qua femina furore zeli accensa flagellis verberauerit ancillam suam, ita vt intra tertiu diē aiām
cum cruciatu effundat, eo quod incertum sit voluntate, an casu occiderit, si voluntate, post septem an-
nos, si casu per quinq; annorum tempora acta legitima penitentia ad cōmunione placuit admitti,
quod si intra tempora constituta fuerit infirmata, accipiat comunione.
- Capitulum sextum.
- F ¶ Si quis vero maleficio interficiat alterū eo quod sine idolatria perficere scelus non potuit, nec in fi-
nem impartiendam esse illi cōmunione.
- Capitulum septimum.
- G ¶ Si quis forte fidelis post lapsum mechie post tempora cōstituta acta pnia denuo fuerit fornicatus,
placuit eum nec in finē habere cōmunione.
- Capitulum octauum.
- H ¶ Item femine que nulla precedente causa reliquerūt viros suos, & alteris se copulauerunt, nec in finē
accipiant comunione.
- Capitulum nonum.
- I ¶ Item fidelis femina que adulterum maritum reliquerit fidelē, & alterū duxerit, prohibeatur ne du-
cat, si autem duxerit, non prius accipiat comunione, quam is quem reliquerit de seculo exierit, ni-
si necessitas infirmitatis dare cōpulerit.
- Capitulum decimum.
- K ¶ Si ea quam cathecumini reliquit, duxerit maritum, potest ad fontē lauacti admitti, hoc & cir-
ca feminas cathecuminas erit obseruandum, Quod si fuerit, que ducitur ab eo qui vxorem inculpata
reliquit, & cum scierit illum ab vxore quam sine causa reliquit, placuit huiusmodi in finem dare
comunione.
- Capitulum vndecimum.
- L ¶ Intra quinquennii autem tempora cathecumina si grauiter fuerit infirmata addendum ei baptis-
mum placuit non denegari.
- Capitulum duodecimum.
- M ¶ Pater vel parens vel quelibet fidelis si lenocinium exercuerit, eo quod alienum vendiderit corpus
vel potius suum, placuit eam nec in finem accipere comunione.
- Capitulum decimum tertium.
- N ¶ Virgines que se deo dedicauerunt, si pactum perdiderint virginitatis, atq; eodem libidini serui-
rint nō intelligētes quod amiserint, placuit nec in fine dandam eis esse comunione, quod si semet
ipsae penituerint, quod infirmitate corporis lapsae fuerint, etiam tpe vite sue huiusmodi femine ege-
rint penitētiā & abstinerint se a coitu, eo quod lapsae potius videantur, placuit eas in fine commu-
nionem accipere debere.
- Capitulum decimum quartum.
- O ¶ Virgines que virginitatem suam nō custodierint, si eosdem qui eas violauerunt duxerint & te-
nuerint maritos, eo quod solas nuptias violauerint, post annū sine penitentia recōciliari debebūt, vel
si alios cognouerint viros, eo quod mechate sint, placuit per quinquennii tempora acta legitima pe-
nitentia admitti eas ad comunione.
- Capitulum decimum quintum.
- P ¶ Propter copiam puellarum gentilibus minime in matrimonium dande sunt virgines christiane,
ne etas in flore tumens in adulterio resoluatur anime.
- Capitulum decimum sextum.
- Q ¶ Hereticis qui ertant ab ecclesia catholica nec ipsis catholicas dandas puellas, sed neq; iudeis, neq;
hereticis dare placuit, eo quod nulla possit esse societas fidelis cū infideli. Si cōtra interdictum fecerint,
parentes, abstinerere per quinquennii placet.
- Capitulum decimum septimum.

nota aliqua crimina ita
puniri, ut neq; in fine de
liquentib; continuo detur

¶ Si qui forte sacerdotibus ydolorum filias suas iunxerint, placuit nec in finem eis dandam communione. **A**
Capitulum decimum octauum.

¶ Episcopi pbr̃i diacones si in ministerio positi detecti fuerint, quod sint mechat̃i, placuit & propter scandalum & propter nefandū cr̃imen nec in finem eos cōmunionem accipere debere. **B**

Capitulum decimum nonum.

¶ Episcopi pbr̃i & diaconi de locis suis negotiandi causa nō discedant, nec circueūtes puincias quē fluolas nundinas sectentur, Sane ad victum sibi cōquirendū, aut filiū, aut libertum, aut mercenariū, aut amicum, aut quēlibet mittant, & si voluerint negotiari intra prouinciā negotientur. **C**

Capitulum vigesimum.

¶ Si quis clericorū deditus fuerit vsuras accipere, placuit degradari & abstineri, Si quis etiam laic⁹ accepisse probatur vsuras & p̃miserit correptus iam cessaturū nec vltius exacturum, placet ei veniā tribui, Si vero in ea iniquitate durauerit ab ecclesia sciat se esse proiciendum. **D**

Capitulum vigesimum primum.

¶ Si quis in ciuitate positus tres dominicas ecclesiam non accesserit pauco tempore abstineatur, vt correptus esse videatur. **E**
Capitulum vigesimum secundum.

¶ Si quis de catholica ecclesia ad heresim transitum fecerit, rursusq; ad ecclesiā recurrerit, placuit huic penitentiam non esse denegandam, eo quod cognouerit peccatum suū, qui etiam decem annis agat penitentiam, cui post decem annos prestari cōmuniō debet, Si vero infantes fuerint transducti qđ non suo vitio peccauerint incunctanter recipi debeant. **F**

Capitulum vigesimum tertium.

¶ Ieiunū super abstinentias per singulos menses placuit celebrari exceptis diebus duorum mensū Iulii & Augusti ob eorundem infirmitatem. **G**

Capitulum vigesimum quartum.

¶ Omnes qui peregre fuerint baptizati, eo quod eorū minime sit cognita vita, placuit ad clerum non esse promouendos in alienis prouinciis. **H**

Capitulum vigesimum quintum.

¶ Omnis qui attulerit litteras cōfessorias sublato nomine confessoris, eo quod sub hac nominis gloria partim concutiant, simplices cōmunicatorie ei dande sunt littere. **I**

Capitulum vigesimum sextum.

¶ Errorem placuit corrigi, vt omni sabbati die ieiunium super positionem celebremus. **K** +

Capitulum vigesimum septimum.

¶ Episcopus vel quilibet clericus alius, aut sororem aut filiā virginem dicatam deo tantum secū habeat, extraneam vero nequaquā secum habeat. **L**

Capitulum vigesimum octauum.

¶ Episcopum placuit ab eo qui nō communicat munera accipere non debere. **M**

Capitulum vigesimum nonum.

¶ Energuminiū qui ab errat̃ico spiritu exagitatur, huius nomen neq; ad altare cū oblatione esse recitandū, neq; permittendū vt sua manu in ecclesia ministret. **N**

Capitulum trigesimum.

¶ Subdiaconem eū ordinari non debere qui in adolescentia sua fuerit mechatus, eo quod postmodū per subscriptionem ad altiore gradū non sit pmouendus, si autem aliqui sunt in preteritū ordinati amoueantur. **O**

Capitulum trigesimum primum.

¶ Adolescentes qui post fidem lauacri salutaris fuerint mechat̃i, cum duxerit vxores acta legitimā penitentia, placuit ad cōmunionem eos admitti debere. **P**

Capitulum trigesimum secundum.

¶ Si quis graui lapsu in ruinam mortis inciderit placuit agere penentiā non debere sine episcopi consultu, sed potius apud episcopum agat cogente tamē infirmitate, Nō est presbyterorum diaconorum cōmunionem talibus prestare debere, nisi eis iusserit episcopus. **Q**

Capitulum trigesimum tertium.

¶ Placuit in totum prohibere episcopis, pbr̃is, diaconibus, ac subdiaconibus posit̃is in ministerio abstinere se a coniugibus suis, & nō generare filios, Quod quicūq; fecerit ab honore clericatus exterminetur. **R**

F. i.

CONCILIVM ELIBERTINVM.

Capitulum trigessimumquartum.

A ¶ Cereos per diem placuit in cemiterio non incendi, inquietandi enim sanctorum spiritus non sunt. Qui hec non obseruauerint arceantur ab ecclesie comunione.

Capitulum trigessimumquintum.

B ¶ Placuit prohiberi ne femine in cemiterio peruigilent, eo quod sepe sub obtentu orationis scelera latent committant.

Capitulum trigessimumsextum.

nota de imaginibus

C ¶ Placuit picturas in ecclesia esse non debere, ne quod colitur aut adoratur in parietibus depingatur.

Capitulum trigessimumseptimum.

C ¶ Eos qui a spiritibus immundis vexantur si in fine mortis fuerint constituti baptizari placet. Si vero fideles fuerint dandam eis esse comunione. Prohibendum etiam ne lucernas publice accendant, si facere contra interdictum voluerint, abstineant a comunione.

Capitulum trigessimumoctauum.

D ¶ Peregre nauigantes aut si ecclesia in proximo non fuerit posse fidelem qui lauacrum suum integrum habet nec sit bigamus, baptizare in necessitate infirmitatis positum cathecuminum, ita ut si superuixerit ad episcopum eum perducatur, ut per manus impositionem perfici possit.

Capitulum trigessimunonum.

E ¶ Gentiles si in infirmitate desiderauerint sibi manus imponi, si fuerit eorum ex aliqua parte honesta vita, placuit eis manum imponi & fieri christianos.

Capitulum quadragessimum.

F ¶ Placuit prohiberi, ut cum rationes suas accipiunt possessores, quicquid ad ydolum datum fuerit acceptum non inferant. Si vero post interdictum fecerint per quinquennii spatia temporis a comunione esse arcendos.

Capitulum quadragessimumprimum.

G ¶ Admonere placuit fideles ut quantum possunt prohibeant ne ydola in domibus suis habeant. Si vero vim metuunt seruorum, vel seipsos pueros censerent, si non fecerint alieni ab ecclesia habeantur.

Capitulum quadragessimumsecundum.

H ¶ Eos qui ad primam credulitatis fide accedunt (si bone fuerint conversationis) intra biennium tempore placuit ad baptismi gratiam admitti debere, nisi infirmitate compellente coegerit ratio vel socio subuenire periclitanti, vel gratiam postulanti.

Capitulum quadragessimumtercium.

I ¶ Pravam institutionem emendari placuit iuxta auctoritatem scripturarum, ut cuncti diem pentecostes celebremus, quod qui non fecerit quasi nouam heresim induxisse notetur.

Capitulum quadragessimumquartum.

K ¶ Meretrix que aliquando fuerit & post ea habuerit maritum, si postmodum ad credulitatem venerit, incunctanter placuit esse recipiendam.

Capitulum quadragessimumquintum.

L ¶ Qui aliquando fuerit cathecuminus per infinita tempora & nunquam ad ecclesiam accesserit, si eum de clero quisquam agnouerit voluisse esse christianum, aut testes aliqui extiterint fideles, placuit baptismum ei non negari, eo quod in vetere homine deliquisse videatur.

Capitulum quadragessimumsextum.

M ¶ Si quis fidelis apostata per infinita tempora ad ecclesiam non accesserit, si tamen aliquando fuerit reuersus, nec fuerit ydolatra, post decem annos placuit eum comunione accipere.

Capitulum quadragessimumseptimum.

N ¶ Si quis fidelis habens uxorem non semel sed sepe fuerit mechatus in finem mortis est conueniendum. Quod si se promiserit cessaturum, detur ei comunio, si resuscitatus rursus fuerit mechatus, placuit ulterius non edere eum de comunione pacis.

Capitulum quadragessimumoctauum.

prohibz pedes launni in baptismate

O ¶ Emendare placuit ut hi qui baptizantur (ut fieri solebat) nummos in concham non mittant, ne sacerdos quod gratis accepit precio distrahere videatur, neque pedes eorum lauandi sunt a sacerdotibus vel clericis.

Capitulum quadragessimunonum.

P ¶ Admonere placuit possessores ut non patiantur fructus suos quos a deo percipiunt cum gratiarum actione a iudeis benedici, ne nostram irritam & infirmam faciant benedictionem. Si quis post interdictum facere usurpauerit penitus ab ecclesia abiciatur.

Capitulum quinquagesimum.

Q ¶ Si vero aliquis clericus siue fidelis fuerit qui cum iudeis cibum sumpserit, placuit eum a comunione abstinere, ut debeat emendari.

Capitulum quinquagesimumprimum.

¶ Ex omni

Ex omni heresi qui ad nos fidelis venerit minime est ad clerum promouendus, vel si qui sunt in preteritum ordinati, sine dubio deponentur. **A**

Capitulum quinquagesimum secundum.

Si qui inuenti fuerint libellos famulos in ecclesia ponere anathematizentur. **B**

Capitulum quinquagesimum tertium.

Placuit cunctis, ut ab eo episcopo quis recipiat communionem, a quo abstinens in crimine aliquo fuerit, Quod si aliquis episcopus presumpserit eum admittere illo adhuc minime sciente vel consentiente a quo fuerat communione priuatus, sciat se huiusmodi causas inter fratres esse cum status sui periculo prestatum. **C**

Capitulum quinquagesimum quartum.

Si qui parentes fidem fregerint sponsaliorum triennii tempore abstineant se a communione, Si tamen iidem sponsus vel sponsa in graui crimine fuerint deprehensi, excusati erunt parentes, Si vero in eodem vitio & polluerint se consentiendo, superior sententia seruetur. **D**

Capitulum quinquagesimum quintum.

Sacerdotes qui tantum sacrificantiu coronam portant, nec sacrificant, nec de suis sumptibus aliquid ydolis prestant, placuit post biennium accipere communionem. **E**

Capitulum quinquagesimum sextum.

Magistratum vero anno quo agit diuinitatem prohibere placet, ut se ab ecclesia cohibeat. **F**

Capitulum quinquagesimum septimum.

Matrone vel earum mariti vestimenta sua ad ornandam seculariter pompam non dent, & si fecerint triennii tempore abstineant. **G**

Capitulum quinquagesimum octauum.

Placuit ubicumque & maxime in eo loco in quo prime cathedre constitutus est episcopus, ut interrogentur hi qui concatorias litteras tradunt, an omnia recta habeant & suo testimonio comprobent. **H**

Capitulum quinquagesimum nonum.

Prohibendum ne quis christianus aut gentilis ad ydolum capitolii sacrificandi causa ascendat & videat, Quod si fecerit pari crimine teneatur, si fuerit fidelis post decem annos acta penitentia recipiatur. **I**

Capitulum sexagesimum.

Si quis ydola fregerit & ibidem fuerit occisus, quia in euangelio non est scriptum, neque inuenitur ab apostolis vnquam factum, placuit in numerum eum non recipi martyrum. **K**

Capitulum sexagesimum primum.

Si quis post obitum vxoris sue sororem eius duxerit, & ipsa sit fidelis quinquennio a communione placuit abstinere, nisi forte velocius dari pacem necessitas coegerit infirmitatis. **L**

Capitulum sexagesimum secundum.

Si augur aut pantomimus credere voluerit, placuit ut prius artibus suis renuntient, & tunc demum suscipiantur, ita ut ulterius non reuertantur, Quod si facere contra interdictum tentauerint proiciantur ab ecclesia. **M**

Capitulum sexagesimum tertium.

Si qua mulier per adulterium absente marito conceperit, idque post facinus occiderit, placuit ei nec in finem dandam esse communionem, eo quod geminauerit scelus. **N**

Capitulum sexagesimum quartum.

Si qua mulier usque in finem mortis sue cum alieno fuerit viro mechata, placuit nec in finem dandam esse communionem. Si vero eum reliquerit post decem annos recipi ad communionem acta legitima penitentia. **O**

Capitulum sexagesimum quintum.

Si cuius clerici vxor fuerit mechata, & sciat eam maritus suus mechari, & eam non statim proiecerit, nec in finem accipiat communionem, ne ab his qui exemplum bone conuersationis esse debent videantur magisteria scelerum precedere. **P**

Capitulum sexagesimum sextum.

Si quis priuignam suam duxerit vxorem, eo quod sit incestus, placuit nec in finem dandam esse communionem. **Q**

Capitulum sexagesimum septimum.

Prohibendum ne qua fidelis vel cathecumina, aut comicos, aut viros scenicos habeat, quecumque hoc fecerit a comunione arceatur. **R**

Capitulum sexagesimum octauum.

Cathecumina si per adulterium conceperit, & conceptum necauerit, placuit eam in fine baptizari, **S**

Capitulum sexagesimum nonum.

Si quis forte habens vxorem semel fuerit lapsus, placuit eum quinquennio agere debere penitentiam, & sic reconciliari, nisi necessitas infirmitatis coegerit ante tempus dare comunione, hoc & circa feminas obseruandum. **T**

F. ii.

*nota no habuimus
martyres, qui fuerint
occisi eo quod ydola
fregerint*

concordia sh. ii

CONCILIUM ELIBERTINUM.

- Capitulum septuagesimum.**
A ¶ Si confcio marito fuerit mechata vxor, placuit nec in finem dandam ei cōmunionem, Si vero eā reliquerit post decem annos accipiat cōmunionem, si eam cum scierit adulteram aliquo tempore in domo sua retinuit.
Capitulum septuagesimum primum.
B ¶ Stupratoribus puerorum nec in fine dandam esse cōmunionem.
Capitulum septuagesimum secundum.
C ¶ Si qua vidua fuerit mechata & eundem postea habuerit maritum, post quinquēniū tempus acta legitima penitentia, placuit eam cōmunionem reconciliari, Si alium duxerit relicto illo nec in finē dandam esse cōmunionem, vel si fuerit ille fidelis quem acceperit cōmunionem non accipiat, nisi post decem annos acta legitima penitentia, nisi infirmitas coegerit velocius dare communionem.
Capitulum septuagesimum tertium.
D ¶ Delator si quis extiterit fidelis, & per delationem eius aliquis fuerit proscriptus, vel interfectus, placuit eum nec in fine accipere cōmunionem, Si leuior causa fuerit, intra quinquēniū accipere poterit cōmunionem, Si cathecuminus fuerit post quinquēniū tempora admittatur ad baptismum.
Capitulum septuagesimum quartum.
E ¶ Falsus testis prout crimē est abstinēbit, si tamen non fuerit mortis quod obiecit, & si probauerit quod diu tacuerit biennii tempore abstinēbit. Si autem non probauerit in conuentu clericorum, placuit per quinquēniū abstinēri.
Capitulum septuagesimum quintum.
F ¶ Si quis autem episcopum pbm vel diaconem falsis criminibus appetierit, & probare non potuerit, nec in fine dandā ei esse communionem.
Capitulum septuagesimum sextum.
G ¶ Si quis diaconum se permiserit ordinari, & postea fuerit in crimine detectus mortis, quod aliquādo cōmiserit, si sponte fuerit cōfessus, placuit eum acta legitima penitētia post triēniū accipere cōmunionem, Quod si alius detexerit post quinquēniū acta penitētia accipere communionem laicam debere.
Capitulum septuagesimum octauum.
H ¶ Si quis diaconus regens plebem sine episcopo vel pbm aliquos baptizauerit, episcopus eos per benedictionem perficere debet, quod si ante de seculo recesserit, sub fide qua quis crediderit, poterit esse iustus.
Capitulum septuagesimum octauum.
I ¶ Si quis fidelis habens vxorē, cum iudea vel gentili fuerit mechatus, a cōmunionem arceatur, Quod si alius eum detexerit, post quinquēniū acta legitima penitētia poterit dominice sociari cōmunioni.
Capitulum septuagesimum nonum.
K ¶ Si quis fidelis alea, id est tabula luserit, placuit eum abstinere, & si emendatus cessauerit, post annū poterit cōmunionem reconciliari.
Capitulum octuagesimum.
L ¶ Prohibendum vt liberti, quorum patroni in seculo fuerint, ad clerum non prouehantur.
Capitulum octuagesimum primum.
M ¶ Ne femine suo potius absq; maritorum nominibus laicis scribere audeant qui fideles sunt, vel literas alicuius pacificas ad suum solum nomen scriptas accipiant.
Explicit concilium Elibertinum

INCIPIT CAPITULA CONCILII TARRACONENSIS.

- Capitulum primum.**
i ¶ Vt etiam ad proximas sanguinis cū testimonio clerici vadant.
ii ¶ Vt clericis emendi vilis, vel vendēdi carius non permittatur licentia.
iii ¶ Vt quantum clericus prestiterit, tantum recipiat.
iiii ¶ Vt nullus episcopus vel infra positus die dominica causas iudicare presumat.
v ¶ Vt qui in metropolitana ciuitate episcopus non fuerit ordinatus post duos mēses se metropolitano presentet.
vi ¶ Vt episcopus qui a metropolitano cōmonitus ad synodum non venerit, excommunicetur.
vii ¶ Vt diocesani clerici septimanas teneāt, & die sabbato omnes in vnum cōueniāt.
viii ¶ Vt annis singulis episcopi diocesim visitent, & nō plus quam tertiam partem de parochiis

- ix De clericis & hostiariis, q̄ adulteris mulieribus admiscantur, vt prohibeantur.
 x Vt nullus episcopus pro iudiciis muneribus accipiat.
 xi Vt monachus missus alicubi ministerium clericatus agere non presumat, nec

- negociator existat.
 xii Vt si episcopus intestatus obierit, inuentarium de rebus eius clerici faciant, & nullus exinde aliquid auferat.
 xiii Vt episcopus dioecanos p̄bros, & quosdam ex laicis moneat litteris conuenire.
 Expliciunt capitula.

INCIPIT CONCILIVM TARRACONENSE DECEM EPISCOPORVM, ERA. XLIIII.



NOMINE CHRISTI HABITA SYNODVS Tarracone anno, vi. theodorici regis, consulatu Petri, sub die octauo idus Nouēbris, Antiquorū patrum statuta de his censuisse videntur, que in tempore aut ad illos relicta peruenerunt, aut acta certe testimonio proprio comprobauerūt, cuius rei & nos sequentes exemplum illa que nō sunt placuit obseruanda decernere, aut preterita absq̄ ambage custodiantur, & presentia hac obseruatione sint firma, Igitur cū in vnum pariter cōuenissemus in urbem Tarraconensem que est metropolitana obseruantissime fundata titulos superannexos conscripsimus obseruandos.

Capitulum secundum.

DE his quibus cura p̄perante proximitatem habere permittitur, vt ea cautela earum necessitates sustentent, vt pietatis beneficia que eis sunt necessaria a longius p̄beant. Ipsi vero pro visendis eis cū ingressi fuerint clericis salutatione recurrāt, nec ibi faciant mansionē, Qui tamen non ad earum visitationem pergunt testē solatiū sui fide & actione ante probatum adhibeant secum, Si q̄s hec a nobis statuta contempserit, si clericus est loci sui dignitate priuetur. Si vero religiosus vel monach⁹ in cella monasterii indusus penitētie lamentis incumbat, vbi singulari afflictione panis & aque victū ex abbatis ordinatione percipiat.

Capitulum secundum.

Canonum statutis firmatum est, vt quicumq̄ in dero esse voluerit, emendi vilius, vel vendendi carius studio non vtatur, Certe si voluerit exercere cohibeatur a dero.

Capitulum tertium.

Si quis clericus solidum in necessitate prestiterit, hoc de vino vel frumento accipiat, quod mercandi causa tempore statuto decretum est venundare, Ceterum si speciem nō habuerit necessariā, ipsum quod dedit sine vllō augmento recipiat.

Capitulum quartum.

Vt nulli episcoporum aut presbyterorum vel clericorum, die dominico propositum cuiuscunq̄ cause negotium audeant iudicare, nisi hoc tantum vt deo statuta solemniter peragant, ceteris vero diebus cohibentibus personis illa que iusta sunt habeāt licentiā iudicandi exceptis criminalib⁹ negotiis.

Capitulum quintum.

Si quis in metropolitana ciuitate non fuerit episcopus ordinatus, postea quam suscepta benedictione per metropolitanū litteras honorem fuerit episcopi adeptus, id optimum esse decreuimus, vt postmodum statuto tempore, id est impletis duobus mensibus se metropolitanū suū presentet aspectibus, vt ab illo monitis ecclesiasticis instructus, plen⁹ quid obseruare debeat recognoscat, Quod si forte hoc implere neglexerit in synodo increpatus a fratribus corrigatur, Et si forte infirmitate aliqua (ne hoc impleat) fuerit impeditus, hoc suis litteris metropolitanō indicare procuret.

Capitulum sextum.

Si quis episcoporum cōmonitus a metropolitanō ad synodum nulla graui intercedente necessitate corporali venire contempserit, sicut statuta patrum censuerunt, vsq̄ ad futurum concilium cunctorum episcoporum charitatis communione priuetur.

Capitulum septimum.

De dioecanis ecclesiis vel dero id placuit definiri, vt presbyteri vel diaconi, qui inibi constituti sunt cum clericis septimanas obseruent, id est, vt presbyteri vnam faciant ebdomadam, qua expleta

F. iij.